32 ¶ Utrũ per ſuggeſtionẽ :ſolicitudinẽ vel importunitatẽ faciens adimere legatum factũ alicui: ꝛ facienſ ſibi relinqui teneat̃.ꝛ.domin⁹ Bertho.cepolla in ſuis cautelis q̃ tenet̃ actione de dolo vel in factũ ſubſidiaria ei cui'ad empt̃ eſt: vel cui nõ eſt relictũ ex ſolicitudine eius.ff.de dolꝰ excep.l.i.no. Ange.in.l.fi.C.ſi quis aliquẽ teſta.p̃hi.Facit.l.i.ꝛ ibi no.C.de pe.bo.ſub la.li.x. Sed melius dic vt.j. Reſtitutio primo in verbo impediens

¶ Quid valꝫ vxori legatũ quo legat̃ 33
ei dos ſua.ꝛ.q̃ valet quia plenior eſt actio ex legato q̃ ex dote inſti.de leg. §.ſed ſi vxori qꝛ ſicut ibi dicit glo.legatum ſtatim debet̃ dos ꝛ ſi p̃ſiſtat in mobilibus debetur poſt annũ ſolũ Item valet quia non habebit probare dotem talis quantitatis ſi exprimat alꝫ ſic.C.de ſal.cau.l.iii.

¶ Quero quid debeat q̃ legatum 34
ſit in genere.ꝛ.q̃ ſi illud gen⁹ eſt generaliſſimũ ſic nullũ eſt legatũ Exemplum ſi diceret lego ſubſtantiã vel rẽ Si' vo genus eſt ſubalternũ vt lego aial corp⁹ ꝛ hmõi.ſic ſimiliter nullũ qꝛ dando muſcam liberaret̃. Si vo genus eſt inferius puta qꝛ eſt ſpecies ſpãliſſima tunc aut res eius generis habet certos fines a natura deſignatos vt bos equus ꝛ hmõi aut habet fines ex ſola diſtinctone hois vt fundus vt.ff.de lega.i.l.quod in rex.§.ſi ſi quiſ: aut facto hois vt domus vl' fũdus.qõ p factum hois de duobus fit vnũ diruendo parietem ꝛ hmõi vt.ff. cõia predio.l.ſi quis duas.§.i.Si log mur õ p̃mo ſic fuit varia opinio. Sꝫ placet mihi opinio Jo.quã ſequit̃ accur.in.l.legato generali.ff.da lega.i. ſ.q̃ aut teſtator quos reliquit ſeruos vel boues incertos ꝛ de incertis ſunt in ſuo p̃timonio ꝛ tũc eligit legatari⁹ vt inſti.de lega.§.ſi generaliter dũ tñ nõ eligat optimũ.d.l.legato Aut nõ ſunt in ſuo p̃timonio ꝛ ſic' electio erit heredis vt.ff.de trittico.le.l.iii.in p̃n. ꝛ.l.iiij. Sic̃ vbi teſtatoꝛ de certis ſeruis ſenſit incertũ puta qꝛ legauit vnũ de ſeruis ſuis ſic electio erit legatarij l.q duos.ff.de le.i.Si vo logmur de

scdo sic nō valet qz videt verisorius qz heres pstando fundū vni⁹ digiti vl vnguis liberaret.d.l.qd in rep.§.si qs autem Si vo loquimur de.iii.tūc aut legans domū in genere reliqt domos aliquas aut nō si sic electio erit legatarij Si nō legatū erit verisorii.ff.de le.i.l.si domus in pin. Aduerte tñ qp qñ electio dat heredi in rebus legatis in genere ꝛ illud genus est talis qualitatis qp in ipso sint quedā que nihil valēt ꝛ magis expedit nō habere ꝫ habere tūc nō pōt talia dare sed debet dare mediocrē vt in.d.l.legato ꝛ.C. de dona.l.si quis argētuz.§.i.ꝛ.C.cōmunia de le.l.fi.§.i. Si vo sum⁹ extra talia tūc poterit heres dare minimuz in tali genere.l.si ita scriptū sit in fi.ꝛ l.apud iulianū.§.seyo.ff.de leg.i.ff.de re.iur.l.semp in obscuris.ff.de verb. obli.l.si ita stipulatus Fallit hoc in legatis ad pias causas qz debet id qd ē melius fauore pie cause vel saltē mediocre puta legatū est vas dabit ar genteū vel aurū ꝛ auricalcū: seu enez ita habet ꝛ no.in.l.titia.§.seya.ff.d au.ꝛ arg.lega.ex q̄ Bar.ibidē dicit qp si legat calix intelligit argēteus si pla neta intelligit de serico ꝛ similibus

35 ¶ Quid si qs legauit q̄tuor lagenas olei que sunt in tali vase que nō sunt nisi due vel de pecunia que est in tali capsa legat vnu.xx.alij.xxx.alij.x.ꝛ nō sunt nisi.xxx.ꝫ.qp solū debet qd inuenit.l.si quis testamēto.ff.de le.i.ꝛ vni cuiqz p rata defalcabitur puta ille cui xxx.legauerat nō habebit nisi.xv.cui xx.x.ꝛ cui.x.v.debebunt vt ibi dr Facit.l.cū certus numerus.ff.de tritico vi.ꝛ ole.le.ꝛ de lagenis est casus in.l. si quis seruum.§.si quis .ff.de lega.ii.

36 ¶ Quid si testator errat i noie.ꝫ.qp nō officit dūmodo ꝓstet de quo sensit l.si in noie.C.de testa.Facit.ff.d le.i.l. titij. Instit.de le.§.si quis in noie Sili falsa demonstratio nō officit puta.cū dicit lego seruū meū quē emi a titio: cū tñ sit emptus a tituo: dūmodo cōstet d seruo. Insti.d leg.§.huic prima Similiter falsa causa nō viciat legatū vt si dicit lego tale quid Petro qz fecit mihi tale seruitium cū tñ ñ fecerit Insti.de leg.§.longe secus si conditionaliter vt ibidem

¶ Utrum legās ancillam Bertam 37
postea vendens eam emit alia cui nomen berte iponit an debeat ista scda ꝫ qp fic.ff.de condi.ꝛ demō.l.filie sue §.titia vxor

¶ Utrū legās mihi omnia sua mobi 38
lia itelligant oēs fructꝰ ēt.ꝫ.qp sic oēs qui tempore mortis testatoris erant a solo sepati.ff.de re.ven.l.fructꝰ Sed nō habeo ex tali legato noia debitorū suoꝝ nisi aliter cōstet d mēte: qz noia debitorū nec sunt mobilia nec i mobilia ſz in.iij.spē.ff.de re iudi.l.a diuo pio.§.i vēditōe Itē qz nō est nostz quod nobis dbet sed tñ illud quod possumꝰ vendicare.ff.d au.ꝛ ar.le.l.ii. Sz tu d hoc dic vt.ff.alienatō.§.viii. ꝛ idē dic de ligniſ ꝛ lapidibꝰ ad hedificiū pparatj qd ñ veniūt ar.ff.de le. iij.l.ligni appellatio.§.fi. Idem in lecto legato venit ornamētuz eius vt in. d.l.libroꝝ.§.fi.ff.de leg.iij.

¶ Utrū legatis vestibꝰ vroꝝ veniant 39
aurea vl argētea ornamēta dictaꝝ vestiuz vr qp nō qz accessoria pciosiora suo pncipali nō accedūt Lud.d ro.i no.tz qp veniāt ēt pciosiora ꝛ accedāt pncipali vt.l.ꝛ si ñ sunt.§. puenianus ff.de aur.ꝛ ar.le.ꝛ Barto.i.l cū aurū ff.de au.ꝛ ar.le.ꝛ dic gl.falsā i l.ii ff.d pecu.le.q̄ vult qp accessiones pciosiores ñ extinguāt dstructo pncipali

¶ Quid si legat cui Titio si volue 40
rit.ꝫ.qp nō trāsibit ad heredez ticij:

si titius non exp̃resserit se velle.l.si ita legatū sit.§.illi si volet.ff.de leg.i.

41 ¶ Quid si hñs lancē marimā mino rē ⁊ minimā legat lācez minorē.q̃.qđ debeť medie magnitudinis si aliđ nō opponat.ff.đ au.⁊ ar.le.l.q lancem.

42 ¶ Item si legat cirographum itelligitur legasse actiones in eo contentas.l.qui cirographum.ff.de le.iij.

43 ¶ Vtrū testator q leganit vni fūduz alij vsumfructum fūdi đbeat itelligi legasse vnicuiq̃ ipsorū dimidiū vsufructus dicti fūdi.q̃.Lud.đ ro.in no.qđ sic.l.si alij .ff.de vsufruc.lega.secđ i iudicis snia vt.l.⁊ puto.§.i.ff. fami.her. q vez ē si aliđ de mēte nō cōsset.

44 ¶ Vtrū si legās sic dicit lego centū tirio ⁊ si illos pderet iteruz reliquo ei alios cētū etđ heres teneať plisq̃z semť restituere.q̃.q non nisi semel.ff.de le. iii.l.fideicōmissa .§.si quis decem.

45 ¶ Si legať alicui vsusfructus ſb certo tpe puta vsq̃z q̃ talis peruenerit ad xx.ānos cuius talis moriatur nihilominđ vsufructus durat vsq̃z ad tps.xx. ānoz secđ si moriať vsufructuarijđ āte xx.ānos qz expirat si vo legať sub icerta pditiōe puta donec talis fuerit furiosus vel remanserit ⁊ huiusmōi q̃ruz euentus icertđ est si pditio euenerit expirat Si āt moriaťur in furore nihilominus durabit vsq̃z ad vitā vsufructuarij .l.ambiguitaťē.C.de vsufruc.

46 ¶ Quid habebit ille cui relinqtur victđ ⁊ vestitđ siue alimēta q idē ē.q̃.debet habere cibū potū vestimēta lectū habitationē ⁊ ea sine quibđ viuere nō posset.ff.de ali.⁊ cibaria.l.legatus.ff. đ vbo.signi.l. victđ nō tamē ea q̃ ad disciplinā pertinent.d.l. legatus

47 ¶ Quid si dicit relinq̃ q vxor mea sit dña ⁊ vsufructuaria oīuz bonoruz meoz.q̃.q pter hoc q dicit dñam habebit gubernationē domđ ⁊ familie ⁊ eui9 curā p hoc q dicit vsufructuari az habebit victū ⁊ vestitum Similr si diceret relinq̃ eā dñam ⁊ dominatricem bonoz meoruz intelligiť q secū dū q̃litatē pīmonij honorifice hēat sua necessaria ⁊ sit gubnatrix domus ⁊ sic sapiētes ⁊ cōis vsus iterpretantur vt no.gl.in aut.hoc locū hz.C.Si secūdo nup.Et sic fecit David cuz dicitur de eo pstituit eū dñz domđ sue.i. rectorē ⁊ sic ponit in greco q est.ff. mā.l.creditor.§.Iutius dñs tñ Bart. cepola in tractatu suo de fructuibđ dicit vuz sola alimēta forē relicta p illa vba dñam ⁊ vsufructuariā si filij sunt instituti secđ si exnet vt ē gl.in.d.autē. hoc locum ⁊ ibi p oēs ⁊ Bar.i.l.ticia cū testamēto.§.fi.ff.đ le.ii.⁊ Bal.in.l. vnica.C.de idi.vi.q intellige supstāti bđ filijs secđ si morerēť filij viua matre qz tūc efficeret ꝓprietaria vt not. singulariť bar.per ter.in.l.sicut in annos.ff.qbđ mōis vsufru.amit.hic ad uerte q q̃uis vir liberet eam a redditione rationis de administratione Nihilominus tenebitur de dolo ⁊ lata culpa.l.creditor.§.Iutius.ff.manda.⁊ reddet rōnez aliqualē nō tñ scrupulosam.l.Si qs rōcs ⁊ ibi Bart.ff.de liber.lega.

48 ¶ Quid si dicit lego vsumfructum omniuz bonoz meoz vxori mee vel relinquo vxorez meaz vsufructuariā q̃ qđ insolidū habebit vsumfructum omnium bonorum. ita quod poterit facere de illis quicquid placuerit etiā si essent vltra quantitatem alimentorum .vt.ff.de vsu.le.l.vxori mee nisi filios haberet: in quo casu filij haberent saltem legitimā partem in vsufructu secundum dominum Odofre.sicut ipse notat i aut.nouissima.C.de inoff.testa.que limitat.d.l. vxori q̃ ad filios sed non quo ad extrancos

49 Utrū legās vxori fue habitationē
seu vsūfructū habitatiōis dom⁹ sue:
qđ idē ē.l.cū antiquitas .C.de vsufru.
Et i eodē testō legādo dictā domū al/
teri ademerit dictus legatū vxoris .ſ.
q̄ nō tex.est in.l.sempronio.in princ.
ff.de vsufru.legato. vbi ꝓbat q̄ lega
to generali vsufruct⁹ vel habitationis
nō derogat ꝑ legatū spāle ipsi⁹ rei.Et
ibi Bar.dicit q̄ nō ē alibi tex. ꝓ hoc.
50 Quid si dicit relinquo ticio fundū
ad vsufructuādū.ſ.d ñs.Bart.vbi.s.
q̄ ē relicta.ꝓprietas.Sic.r.q̄ dicit re
linquo fundū ad gaudimētū.ꝑ.l.pcu
lus.ff.de vsufru.tibi dñs Flo.q tñ dis/
tinguit verū.si extranei sūt instituti.se/
cus si filij dilecti: t placet in cōscia: lz
alij indistincte velint q̄ ꝓprietas sit re
licta nō vsufructus.

51 Quō pōt fieri legatū.ſ. q̄ pōt fie
ri qbuscūq; verbis aptis tñ t idoneis
vt,si dicat lego: do: dare iubeo: volo:
rogo:posco:opto vt des.l.ij.C.cōia dō
le.Itē pōt fieri pure: vt cū dē: lego ta
li.c.t i diē.vt lego tali vsq; ad pascha
Et die vt lego tali a pascate i antea: t
sub cōditiōe ꝑ si: vt lego tibi.c.si filiā
meā accepis.vel ꝑ cū: vt lego tibi cētū
cū fuerit.xiiij.ānoꝝ.tūc iest ꝯditō hec
dū cōplet⁹ fuerit.xiiij.ānus t nō aliter
C.de lega.l.fi.Fallit tñ i libertate vt vi
deat potius cē relicta in diē.puta si di
cit ꝑnū meū liberū iubeo cū filio⁹ me⁹
erit.xxv.ānoꝝ.C.de fideicō.li.l. fidei/
cōmissaria.Et vt scias dēs iter lega
tū q̄ fit pure.t q̄ fit sub ꝯditiōe. vel
in diē no.q̄ q̄ legatū fit pure statim
mortuo testatore cedit legatario.vt.j.
§.lvi.Cū vero fit sub ꝯditiōe.ante cō
ditionis euētū nō cedit legatario.t tō
si morieť ipse legatari⁹ anteq̄ ꝯditio
impleat remanebit apud grauatū: t ñ
transmittet ad suos heredes. Limita
hoc in legatis: ad pias causas.vt.s.§.
vlti.Cū vō legatū sit i diē: tūc si dies
est incert⁹ oīno: sic legatū est ꝯditionale
l.dies.ff.de cōdi.t demō t.l.stipulatio
ista.§.iter certā.ff.de ver.ob.t.l.si dies
q̄ dies le.ce.t glo.no.in.l. seius satur
ninus.ff.ad.treb.Si vō dies est cert⁹
oī certitudie.vt puta cū legat ticio i pa
sca futuro. vel q̄ curret. Mccccxc.
t hmōi.vel dies est cert⁹ ad minus in
se lz sit incert⁹ in ꝓprio subiecto: puta
cū relinq̄t talis possessio ticio q̄ erit
xxv.ānoꝝ.qr istud tps est certus in se
qr suo cursu pure ñ pōt q̄n veniat illud
tps.sed in ꝓprio subiecto t sub tali q̄
lificatiōe bene est incertū: qr talis pōt
mori anteq̄ sit.xxv.annoꝝ.Et tūc le/
gatū factū tali tpe vel die cedit legata/
rio statim a die mortis testatoris q̄ ad
trāsmissionē.qr si legatarius moreret
post mortē testatoris: t añ illū diē vel
tps nihilomin⁹ legatū debebit ei⁹ he
redibus.vt pz in.l.vnica .§. cū igit.C.
de cadu.tol. Idē dic q̄ legant fruct⁹
q̄ nascent ex tali fundo. qr lz moriat
legatarius tamē trāsmittit ad heredes
suos: vt no.glo.in.l.itē qr.ff. de pactis
Intellige nisi aliud ipediat.l.si ea qō.
C.de his q.vt indi.hoc patet in.l.si cū
heres.ff.q̄ dies le.ce.t.l.heres.i ꝑn.
ff.de condi.t demō. vbi pz q̄ q̄ qs
legat Ticio possessionē cū morieť licet
sit incertū q̄ morieť: tñ quia certus
est q̄ morieť: t ideo legatū est ad diē
certum.t sic debebit eius heredibus
sec⁹ si legaret sic. heres dato possessio/
nem ticio cuz morieris: qr sic est con
ditionale: qr est in diē incertū: eo quia
ignorat quis prius sit mortur⁹ an he
res vel ticius.Et ideo si ticius premo
rietur legatum remanebit apud here/
dem grauatū.Item aduerte q̄ dicto
si nō sēper facit cōditionē: nam q̄n op
ponit tēpori preterito vel pñti. non fa
cit cōditionem ꝓpter.l. institutio talis

in fi.ff.de ꝯdi.inſti.⁊.l.eas in pncⁱ.c.l
ſi ita ſtipulatus fuero hāc ſummā.ff.ō.
verbo.ob. Nec obſtat.l.ſi ſic .ff.de le.
i.qz ipropꝛie loquitur.qñ v̄o ſi reſpicit
cuētū futuri tpis cuius euētus . eſt cer/
tus oi certitudine: ſic nō facit ꝯditio/
nē: ꝑm Bar.in.l.i.ff.de ꝯdi.⁊ demō.
Zdē dic qñ ꝯditio eſt impoſſibilis.l.i.
ff.de ꝯdi.inſti. Sed qñ euētus eſt cer/
tus an: ſed incert⁹ qñ vt mors ſic facit
cōditionez ꝑm Bar.vbi.ē.⁊ glo.in.l.
oibus obligatiōib⁹.ff.de re. inr. ſiſr fa
cit ꝯditiōez qñ euent⁹ eſt oino incer/
tus. Zdē dictio ſi.aliqñ ponit ꝑ qz.l.vi
deamus.in pncⁱ.ff.de in litē. iurā.l. ti/
tiū ⁊ meuiū.ff.de adm.tu.aliqñ ponī
tur ꝑ q̄ꝫuis.l.ſi.C.de liber . ⁊ eoꝝ lib.
aliqñ ponit ſimul cū dictione.⁊ ſi.ſ.⁊
ſi ⁊ ſtar pro q̄ꝫuis.l.i.§.nunciatio.ff.de
no.ope. nū.⁊ diffuſe.vide Bar.vbi.ē.
Dictio v̄o cū aliqñ habet vim copule
l.ſilī cū illo.ff.de vſufru.le.⁊ ſic nō fa/
cit ꝯditionē niſi antea appareat volū/
tas diſponentis.l.ſi ita fuerit.§.fi.ff.de
teſta.ma.⁊.l.ſi ancilla.ff.de le.i. Aliqñ
v̄o cū eſt ꝯiunctio.videlz qñ apponi
tur v̄bo pteriti: vel pñtis tpis: ⁊ ſic
nō facit ꝯditionē: ſed ponit cauſatiue
cum ꝑ qz vel aduerſatiue ꝑ q̄ꝫuis.l.
demonſtratio.§.i.ff.de ꝯdi.⁊ demon.
⁊ ibi Bar. Aliqñ reperit aduerbiū.ſ.
cū ꝑ qñ: qđ eſt qñ apponit verbo fu/
turi tpis: ⁊ ſic vī q̄ tūc nō ſit differen
tia inter ſi ⁊ cū: ⁊ q̄ vtrūq̄ faciat ꝯdi/
tionez.l.q̄ ꝑmiſit.ff.de ꝯdi.inde.cum
multis alijs in glo.d.l. demonſtratio.
ſed qz multe leges vident ꝛrie. Bar.
ibidē dicit.q̄ eſt triplex differētia pri/
ma qz ſi principaliter denotat ꝯditio/
nē ſecūdario v̄o tp̄s: qz nulla ē ꝯditio
q̄ in ſe nō habeat tp̄s futurū. Cū v̄o
denotat p̄ncipaliter tp̄s: qz nō eſt ad/
uerbiū tpis.ſecūdario ꝯditionē ꝑbat
in.l.ſi titio.ff.q̄ dies le.ce Et. Zō q̄ ponit circa ſubſtātiā obligatiōis: vel
circa voluntatē que exprimit ꝑ verbuꝫ
futuri ſubiūctiui ſi ponit ꝑ ſi nō valet
ſed bñ per cū: verbi gr̄a . Stipulatio
que fit ſic ꝑmitto tibi centū ſi volue/
ris: nō valet: ſecus ſi dicat ꝑmitto tibi
centum cuꝫ volueris.l. centeſimis.§.
fi.ff.de ver.obli.qz in primo ꝯditio ē
expreſſa ꝑ ſi, in Scō eſt tacita ꝑ cū ⁊
expreſſa nocēt.l.nōnūq̄ꝫ.ff.de condi.
⁊ demon. Scā differentia eſt qz
ſi ſiegas mihi decē cū petiero nō facit
ꝯditionē.l.ſi decē cū petiero.ff.de v̄b.
ob.⁊.l.titia.ff.de condi. ⁊ demon. ſed
bñ ſi lego decem ſi petiero. vt not.in
d.l.ſi deceꝫ qz ꝑ ſi eſt ꝯditio expreſſa
ꝑ cū tp̄s p̄ncipaliter ⁊ iō cū talis tpis
expreſſio ſapiat exactionē de pñti ſiue
executionē: nullā ſuſpenſionē inducit
⁊ iō ſi moriat antēq̄ petat nō deficit
ꝯditio.l.liber hō.§.decē.ff. de verbo.
ob. Tertia differentia eſt qz ſi ſiue
apponat circa diſpoſitionē: ſiue circa
executionē facit diſpoſitionē ꝯditiona
lē.l.quib⁹ diebus.§.quidaꝫ titio.ff.de
ꝯdi.⁊ demon. Sed cū facit diſpoſitio
nē ꝯditionalē in vltimis voluntatibus
vt.d.§.qdā titio.⁊ ibi no .ſecus in ō/
ctibus: ſed bñ facit diſpoſitionē reſol/
uendā ſub ꝯditione.vt.ff.de in di. ad/
iec.l.ij.⁊ ibi bona glo.limita tñ q̄ cuꝫ
facit diſpoſitionē in vltimis volūtati/
bus ꝯditionalē.vez q̄ addicit diſpo
ſitiōi vltime q̄ ꝓcernit volūtatē diſpo
nendi ſiue diſpoſitionē.l.ſi cui leget.
ff.de.leg.i.niſi qñ relinquit cōiuncte
perſone: quia tunc in dubio facit diē
d.l.ſeius ſaturninus.ff.ad treb. ſed ſe
cus qñ diſpoſitio cōcernit preceptuꝫ
ſoluendi ſiue executionē: ⁊ tēpus cer/
tum ſaltem in ſe ſicut eſt tempus cer/
te etatis: quia tūc nō facit ꝯditionem
ſed dilationē quia de natura cū eſt fa/
cere tempus.l.hīs verbis.⁊ ibi Bal.

C.qñ dl.le.ce.Aduerte etiã q; lz dicatur lego tibi centũ ea conditiõe vt facias tale qd q; tale legatũ nõ est conditionale Sed modale.l.meuia.ff.de ma.test.z.l.ii.ff.de dona.z sic verbum ea cõditione accipitur impropie ſm bar.in.d.l.quibus diebus

52 C Utrũ relictũ in diem debeaꝫ cuz fructibus intermedij temporis.ꝛ.q; si gra legatarij fuit appositus dies puta qz puer sic debenꝫ Si vo dies fuit appositus gratia heredis sic nõ debenꝫ z sic ꝯcorda.l.in fideicõmissaria.ff.ad trebel.z.l.in fideicõmissi.§. cũ polidius.ff. de vsuris z.l.euz.ff.de ãnu.leg.z.est glo.in.d.l.ex verbis.

53 C Sed pone q; legatũ conditionale nõ impleꝫ nõ ex defectu legatarij : sz alio modo.ꝛ.q; aut conditio respicit factũ eius cui relinquit̃ solũ. vtputa si manumisserit seruũ suũ z tunc si conditio deficit p casum : qz moritꝫ suus morte naturali: sic ꝯsequereꝫ legatũ l.que sub conditione.§.quotiens.ff.ỏ condi.instit.nisi fuerit,in mora.l. penl'. ff.de condi.z demon. Si vo deficit p aliũ puta qz fuit interfectus: tunc aget ꝯtra interfectorẽ.l.aquil'.l.inde neratius.§.idem iulianus.ff.ad.l.acqli. Et si occisor est nõ soluendo de equitate debet admitti ad legatũ.l.titio.§.fi.ff. de ꝯdi.z demon.z.l.fi.ff.de eo.p quez sa.erit. Si vo ꝯsistat in facto eius cui relictũ est z alterius etiã: tũc si p casũ fortuitũ euenit ne impleat amittet legatuz nisi fauore alimentorꝝ.l.annua. ff.de ãnu.leg. Si vo nõ p casuz sed p factũ alterius: sic nõ amittet,sed ipsũ hẽbit.hec distinctio ꝓbaꝫ in.l.i testõ ff.de ꝯdi,z de.z i gl.l.i. C.de insti.z sub sti.z ẽ eqssima: nisi aliud dicas. In alio quo casu fauore libertatis.l.cũ ita legaꝫ.ff.de ꝯdi,z demon. Limita ẽt illõ qõ vꝫ q; qñ ꝯditio nõ impleꝫ p factũ eius verũ q; legatũ deficit nisi ꝯditõ eẽt inhonesta qz sic habeꝫ ꝓ nõ adiecta.d.l.cũ ita legatũ sit.ff.ỏ ꝯdi.z de.

C Utrũ legatũ factũ sub cõditione: 54 si nupserit sempronio expiret si nõ ei nupserit.ꝛ.q; sic si honeste possit ei nubere: sed si sit indignꝰ eius nuptijs tenet legatũ lz ei nõ nubat qz condicio que perpetuã viduitatẽ inducit remittit̃ sed nõ que tpalẽ z qõ vni ꝓmittit̃ alteri ꝓhibeꝫ z qõ in vno ꝓhibeꝫ in ceteris ꝓmittit̃ hec habẽt ex.l.cuz ista legatũ sit z m.l.cuz tale legatuz.§. meuie.ff.de ꝯdi.z demõ. Idẽ si legatum sit vt nubat ſm arbitriũ sempronij qz ꝓinde est ac si nõ sit adiecta.l.si lie fue.ff.de condi.z demon.

C Una actiõe petit̃ legata.ꝛ.q; nõ 55 solum per actiones ꝓsonales sed etiã ꝓ rẽ z hypothecariã in res mortui z idez dic in fideicõmissis vt insti.de lega.§.nostra z.C.cõta de leg.l.i.

C Cũ possint peti legata.ꝛ.q; nõ 56 possũt peti nisi adita hereditate nisi in legatis ad pias causas de quo.ĩ.legatum.ii.§.ix.vñ scias q; dominium rei legate postq̃z addita est hereditas ipso iure transit ab eo qui legauit ad egatariũ recta via.ff.ỏ fur.l.a titio no. gl.in.c. Raynaldus de testa. Et iõ ex tunc ꝓinent ad legatariuz fructꝰ rei legate no.glo.in.l.in legatis.C.ỏ vsuris.l.a titio.ff.de fur.l.legatũ la.ii.ff.de lega.ii.z.l.si tibi hõ.§.cũ seruus.ff.ỏ lega.i. Fallit hoc qñ legaꝫ res aliena l.cũ alienã.C.de leg.z.l.nõ dubiũ.ff. ỏ leg.iii. Itẽ in legato relicto in genere.l.apud offidiũ.ff.ỏ op.leg. Idẽ i legato alternatiue .l.hymõi.§.sichũ.ff. de leg.i z.l.statulibez.§.sichũ.ff.ỏ le.ii. Itẽ i legato facto in diẽ qz nisi aduenieẽte die nõ transit.l.sẽproni⁹.ff.de vsufruc.lega.iiẽ qñ aggrauat heredẽ ad vẽdendũ rẽ.l.vxorẽ.ff.de lega.iii.

57 ¶ Quo ordine capient legatarij.&. q̄ nullū ordinē obseruam⁹.sed simul omēs eq̄liter tenemur.dicit tex.i.l.is cui.§.si plures.ff.vt in pos.lega.

58 ¶ Quib⁹ modis efficit.caducū lega tū.&.q̄ Primo q̄ dō legat in testō habet p̄ nō scripto.z hoc ꝓtingit tri plicit.Aut q̄ decessit legatarius quē testator viuere credidit.Aut qz qō le gat nō est in rerū natura:nec pōt eē: vt equus mortu⁹ quē testator viuere credidit.aut qz rei legate nullū est cō mertiū:vel q̄ alienare ꝓhibent̄.z vt dicit Azo q̄ ēt si sit cōmertiū:sed cū grandi difficultate:vt in p̄dis neces sarijs cesaris nō valet legatū nec esti matio ēt dabit.vt isti.de lega.§.fz si ta lis res nisi voluntas testatoris appare ret velle estimationē dari q̄n estimari p̄nt.ff.de le.j.l.si qs inglinos.excipit̄ p̄m eūdē:casus q̄n qs redēit hoiem liberū ab hostib⁹:qz pōt liberari a pi gnore qō tacite habeo i eo:donec sol uit̄ precū vel seruierit p̄ q̄nquēniū.l. senatus.ff.de lega.j.Itē aduerte q̄ si cōmertiū rei legate sit in cōi:sed nō heredi sic dānato ad dandū:tū vale bit legatū z p̄stabit talis dānatus.Si vo cōmertiū non sit ei cui p̄stari dz. aut ꝓpter eius delictū:puta qz hereticus.aut ꝓpter sectā:puta qz iudeus q nō pōt hēre mancipiū xp̄ianū:tunc nec res nec extimatio debet̄.aut ꝓpter ꝓditionē status: vt qz est seruus cui milicia nō debet̄.aut ꝓpter viciuz corpis:qz est claud⁹ z legat̄ stipēdiuz cursoris:z sic si sciebat testator da bit̄ extimatio:alʒ nō.vt no.gl. in.l.fz si res.de leg.j.Itē ea q̄ sūt ꝓiūcta edi bus ne vrbs deformet̄ ñ sūt i cōmer tio.ff.de le.j.l.cetera. Itē nec res sa cre.¶ Scdo dr̄ legatū caducū i ca su caduco tripl̄r.aut qz legatari⁹ p̄mo rit̄ cū testator.aut efficit̄ seruus pene. aut qz testm̄ iprobe iofficiosū dicit.ff. de ioffi.test.l. papinian⁹.§.meminisse. aut ēt ꝓpter graues inimicicias exor tas int̄ legātēz legatariū si tñ redeāt ad amicicīā reintegrat̄ legatū:sed p̄ pter leues inimicitias nō efficit̄ cadu cū.vt.ff.de adi.le.l.iij.in.fi.z.ff.de his q.vt indig.l.si inimicitie.¶ Tertio dī ꝓpe caducū q̄ dō post mortē testatoris deficit q̄cūq; rōe:vt si legatari⁹ sper nat vel ꝓditio sub qua legatum est deficiat.C.de cadu.tol.l. vnica.

59 ¶ Item si factū legatū sub ꝓditiōe: puta si fecerit pontē in tali loco reddat caducū si ille cui ꝓponit̄ hoc fecerat. &.q̄ sic.p.l. ꝓdictionū.ff.de ꝓdi.z de. Sed tu dic q̄ q̄ ad actionē ꝓsequēdā nō sufficit aliqd fieri facto:qz nō vī obtēpare:q facto facit.vt in.d.l.in fi. sed q̄ ad penā euitādā nō refert q̄liter cūq; fiat.l.ea qdē.C.si manci.ita fue. alie.Et sic pz q̄ nō debet̄ legatū p̄dictū.Et q̄ si fieret excōicatio ꝓtra nō ipl̄ētes legata.talis nō ligaret̄.silr nec aliā penā incurreret si eēt apposita. Fa cit qō no.Ludo.de ro.z Bar.in.l.cū seruus.ff.de verbo.obl.z.l.forma.§.si cū ego.ff.de censi.

Legatus.ii. ad pias cās

est oē qō relinquit̄ ꝓ aia vt sentit gl. z clari⁹ Bar.in.l.si q̄s turio.ff.d̄ le.ii.itē q̄n relinq̄t aliqd miſabilibus ꝑsonis vt pupillis viduis pegrinis paupib⁹ z hmōi auxilio ꝓpio destitutis fz.d. Pe.de peru.tractatu de canōica por tiōe epi all.lxxvii.di.c.i.hē enī ꝑsone in iudicio z eī q̄dā ꝓrogatiua letant̄ C.q̄n ipa.iter pu.z vi. ꝑ totū z in.l.si qs ad declinādā.C.de epis.z cle.z in aut.de eccliā.ii.§.fi.de ver.sig.c. sup q̄busdā in fi.z hoc verus de pupillis z viduis miseris paupib⁹ nō diuitibus c.ex tenore de fo.cōpe.c.significātib⁹

de offi.dele. Itẽ qñ relingt ecclie vel alijs pijs locis.c. fi.de testa.ꝛ pia loca sũt hospitalia: monasteria: ꝛ q̃libet loca alia: in qb⁹ senes: paupes: ꝛ lãgui de psone aluntur: ꝛ alia charitatiſ opa exercẽt.d.l.ſi qs ad declinãdã. ꝛ.l.or phanotrophos ibidẽ.ꝛ.d.§.fi.ꝛ de reli.do.c.de xenodochijs. Itẽ ꝑm q̃ſdã relingt ad custodiã ciuitatꝫ vel aliorũ locor cõmũ seu publicorũ. ar.c.ii.de imu.ec.C.de dona.l.penul.§.ij.sed clare.l.illud.C.de sacrosan.ec.ꝛ q̃ ibi no. Itẽ qñ relingt ad refectionẽ pontiũ ꝛ viar.vt dicit gl.in.l.i.§.ad mũicipũ ff.ad.l.fal.ſiꝛ murorũ ꝛ fossator ciuitatũ vl̃ castror ꝛ siliũ. ꝛ hoc ſi necessitas imineat: alʒ nõ.ar.l.ad istructõnes.C.de sacrosan.ec.ꝛ.l.oẽs ꝓuncia rũ.ꝛ.l.ad portas.C.de opib⁹ publi.ꝛ.l. vnica.C.de.qb⁹ nunc.ꝛ.l.penul.C.ꝺ ꝓuiſ.dom⁹ aug.ꝛ.c.ii.ꝛ.c.nõ min⁹.c. aduersus.ꝺ imu.ec.ꝛ.C.ad.l.fal.autꝫ. ſiꝛ. Itẽ qñ legat in ornamẽtis ecclie ꝓ luminarib⁹ ꝓ fabrica ecc. vl̃ libris aut alijs ad diuinũ cultũ pertinẽtib⁹. ſiue ſit ad tpalẽ vel ꝑpetuũ cultũ.c.fi.ꝺ testa. Facit gl.in.d.autꝫ.ſiꝛ. Itẽ qñ relingt ꝓ redimẽdis captiuis.l.nulli.C. de epi.ꝛ cle.i autꝫ.de ec.ti.§.ſi.qs. Itẽ qñ relinqtur ꝓ puellis maritandis. ꝟ Bar.in.l.i.ff.ſol. mat. ꝛ in.l.ſi ego in ꝓn.ff.de.iure do.ꝛ in.l.ii.§.fi. ff.de dona.ar.c.fi.de feriis. vbi dicunt.doc.q dos est pia cã et iõ relictũ ꝓ dote ẽ ad piã cãm. Itẽ qñ relingt ꝓ alimentis. Intellige egẽtiũ.xij.q.ii.aurũ. Itẽ generalit qꝺ deo relingt ꝓ aia relinqui censet.d.§.ad municipũ. Et iõ dic q ꝓprie ꝺr relictũ ad pias cãs qñ relinquit ꝓ honore dei vel sctor vel ꝓ salute aie: siue id relinq̃tur ecclijs: siue paupib⁹: siue locis publicis. qꝛ piũ ẽ q fit ꝓpter cultũ diuinũ: secus si fieret ꝓ honore mũdi: vel ꝓ ꝑpetua fama: qꝛ nõ ꝺr piũ. verũtñ in dubio ꝓsumet qcqd relictũ fuerit supradictiſ fuisse relictũ pro deo ꝛ ꝓ aie salute ꝛ sic legatũ ad piã causam.

¶ Sed q̃ro vtrũ qñ relingt ꝓ male ablatis incertis dicat ad pias causas .ꝟ. Jo.an.in addi.ad spec.ti. ꝛ instru. edic.q sic si relinq̃tur.paupib⁹ vel ecclesijs ꝛ silib⁹: alʒ nõ.vñ dicit q potius ꝑsideratꝫ cui legat ꝙꝫ q̃re legat.l. illud.C.de sacro san.ec.vbi dicit gl.q qñ legatꝫ diuiti ꝓ aia non est ad pias causas secus si nõ diuiti.d.l. si qs titio qꝺ verũ est q̃ ad ꝓsũptionẽ sec⁹ q̃ ad vitatẽ q̃ ꝓncipaliꝛ respicit itẽtionẽ 2

¶ Quid si qs legat cẽtũ nõ expressa cã ꝓpter quã legat: nec ꝑsona cui legat.ꝟ. Jo.an.vbi.ꝺ.q illud est legatũ ad pias causas vt not. Albi.in.l. ad instructionẽ.C.de sacro san.ec.legatũ incertũ ẽt relictũ ad piũ vel publicus vsum vt viarũ ꝛ pontiũ refectio valet vt.ff.de lega.ii.l.quidã in testamento 3

¶ Utrũ relictũ ꝯsanguineo paupi sit ad piã cãm.ꝟ. Bal.in.l.i.C. de sacro san.ec.q nõ nisi dicat ꝓ aia: ꝛ ꝓ deo hoc facere.ꝛ facit ꝓ hoc qꝺ no.Bar. in.d.l.i.

¶ Utrus legata ad pias causas gaudeãt eodẽ ꝓuilegio cũ relicto ecclie ꝟ. Ida.in.c.relatũ.el.i.de testa.q sic qꝛ eccl̃ia ꝓuilegiatꝫ ꝓpter aiam cõtẽplatiõe dei. Facit qꝺ no.Jo.an.in.c.i. de in integꝝ restitu.li.vi.vbi voluit q sicut eccl̃ia põt petere restitutionẽs in integrũ.ita ꝛ alia pia loca possunt. 4

¶ Utrũ de legatꝫ ad pias causas possit detrahi falcidia vel trebellianica. ꝟ. Ida.in.c.Raynald⁹.ꝺ testa. cõiter tenẽt q nõ q̃ ad falcidiã sed q̃ ad trebellianicã. Bar.in.l. marcellus.ff. ad trebel. Bal.in.l.id qꝺ pauperib⁹.C.ꝺ epis.ꝛ cle.ꝛ multi alij tenẽt q nec etiã detrahatꝫ.sed Jo.an.tenet ꝛrariũ in 5

glo ſua et etiam mīri alij vt no. Alb. in.l.ſi quis ad declinandam .C.ō epi. ⁊ cleri.⁊ licet prima opinio ſit magis pia tamen ſecūda nō eſt condēnanda

6 ¶ Quot teſtes requirunt in legatis. vt valeant vide.j.teſtamentū.§.v.

7 ¶ Vtrū legata facta ad pias cauſas ſine inſtitutōe heredis valeāt.§.pa .i.c. idicāte ō teſtamē.q; ſi noluit mori ite ſtat⁹ nō valēt inſtitu.de le.§.añ heredit ſed vbi qs eligit mori iteſtat⁹ ſic valēt nedum legata ad pias cauſas ſed que cūq; alia legata ⁊ in dubio vī voluiſſe mori inteſtat⁹ q facit talia legata q; ꝓbat tex.d.c.indicāte ⁊ facit q; legit ⁊ no.in.l.iii.ff.de iure codicil.

8 ¶ Vtrū ex defectu teſtamēti vitiēt legata ad pias cauſas.§.Ꝑa.i.d.c. indicāte q; nō ſm vnā opinionē vt no. i.l.i.C.de ſa.ſan.ec. ⁊ in.l.eā quā.C.de fideicōmiſ. Facit ꝓ hoc q; no .Bar. in.d.l.i.⁊ Bal.in.l.illa inſtitutio.ff.ō he redi.inſti.qui tenent q; cū quis reliqt ſua reſpectu pie cāe diſpoſitioni ticij q; valet ꝛ nō valeat teſtamētū quādo heres ponit i volūtate alteri⁹ de quo j.teſtū.§.xviii.rō diuerſitatis eſt q⁹ talis cuius arbitrio cōmittit habet regulam iuris diuini: hūani: gentiū: limitātē ei⁹ volūtatē que ē vt preceptis deo ⁊ religioī debeātur ⁊ ad redimē da peccata.xvii.q.ii.aie ō pe.di.i.medicina Et iō aliud non pōt facere ſed in ꝓphanis nulla ē regula limitās ⁊ iō. poſſ; aliud velle q; teſtator propterea cum voluntas teſtatoris ſit incerta iō ē captatoria.i.adulatoria ſeu decepto ria ſm glo.in.c.cum tibi de teſta. Aduerte hic ſm Barto.in ſua minorica q; aut teſtator voluit vt teſtamentū valeret iure directo teſtamēti ⁊ nō aliter ⁊ ſic ſi teſtū eſt nullū q⁹ inſtituit heredē incapacē heres ad quem venīt bōa nō tenet in cōſcientia aut voluit q; ſi nō iure teſtamēti ſaltē valeret iure codicillor ⁊ oī alio modo q; poſſet Tūc ille ad quem bona puenerūt tenetur i cōſcientia iplere legata defuncti ⁊ ſic ē preſumendū niſi q; teſtator ꝓuidit ſibi puta aliū ſubſtituendo vl' q; ordinauit quid fiendū ſi q; ordinauerat nō habebit effectū Facit.l.cū ꝓponas.C. de here.inſti. Idē dic ſm Bart.in.l. in teſtamento.ff.de fideicō.lib.⁊ pa. in.c.i.de ſucce.ab inte.q; ꝛ voluntas ō defūcti nō fuerit perfecta rōe publicatōis fuit tn pfecta rōe voluntatis vtputa q⁹ teſtū manu ſua ꝓſcripſit volēs poſtea redigi in publicā formā ſed morte vel furore preuentus nō potuit q; nihilominus heres tenetur Idem dic ſi incepit facere teſtamētū nec potuit cōplere q; legata facta valēt q⁹ nō pōt negari q; ſit pfectus ꝓſent⁹ rōne volūtatis ꝛ nō rōne opis Idē Bar.i l.cum quis.C.de iur.⁊ facti igno.ꝛ q; ſi teſtamentus eſt nullū q⁹ ō ficit volūtas defuncti vl' q; eſt nullū ex ꝓpreteritōe heredis ignorādo q; cum habeat ſic legata nō debēt q; limito niſi ſint talia qō ſi ēt ſciuiſſet ſe habere filium feciſſet.xij.q.iij.c.ſi.ſ; q; teſtū eſt irritum ex preteritōne vel exheredatōe nois debēt legata oia vt in aut.ex cā C.de liber.ꝓteri. Similr quādo ē nullum q⁹ non ſunt teſtes ſufficientes vel deficit aliqua ſolemnitas iuris ciuilis tūc quādo cōſtat heredi de voluntate defūcti vel per duos teſtes pōt ꝓbari obligatur naturaliter iure gentiu; ad implendam voluntate; Defuncti qō nota.

¶ Quid ſi heres renuncietheredi- 9
tati vel nō vult adire.§.Ꝑa.in.c.relatum el primo De teſt.q; nihilomin⁹ legata ad pias cauſas valebunt quia non ſubtiluntur talibus ſolemnitatibus iuris ciuilis

10 ¶ Utrū legatū ecclesie hedificande seu monasterio debeat solui cum fructibus intermedij temporis. ⁊ pa. in c. nos qdē de testa. q̄ sic vt cōsuluerūt bar. ⁊ fran. de alber. q̄ tex. p̄fati. c. nos dicit q̄ relicta ecclie cōstruende dñt solui sine diminutiōe facit pulcher tex. i. l. si ita relictū. §. pegasi⁹. ff. de le. ii. vbi dicit q̄ si relinquit p̄ diuz in certuz diem puta post. x. annos vel cū legatarius erit pubes debetur p̄z diū cū fructibus intermedij temporis si dies fuerit appositā fauore legatarij sic in casu nostro dies apponitur fauor ecclesie vel mōasterij q̄ si fuisset cōstructa tpe testamēti legasset simpl̄r ⁊ nō in diez qō bene no.

11 ¶ Utrū legatū ad certū vsū possit ad aliū conuerti. ⁊. P̄de. de peru. vbi. §. Aut ipse vsus pōt ipleri de iure ⁊ ō facto puta q̄ legauit qs vt monasteriū fiat in tali diocesi eps est cōtentus ⁊ sic ez de iure de p̄se. di. prima nemo nullum est impedimētum in facto q̄ ē pecunia ⁊ cetera necessaria nec qd adūsetur ⁊ sic potest fieri de facto ⁊ tunc dico q̄. nōl pōt cōuerti in alium vsum ⁊ ille ē casus. d. c. nos quidē ⁊. ff. de admi. re. ad ciui. pti. l. prima ⁊ de hoc ē casus in. l. nulli. C. de epis. ⁊ cle. immo si per legatariū non ipletur tale legatum reddit ad heredem ⁊ p̄z hoc est casus in. c. cū dilecti ō donatꝭ facit qō no. de cōdi. appo. c. verū Et hec itellige vera nisi in legatis ad pias cās vel nisi interueniat dispēsatio pape vl̄ alterius vt. j. dicā Aut ille vsus pōt impleri de iure sed nō de facto puta pp guerras vl̄ q̄ pecunia ē modica vl̄ nō ē locus i ecclia vbi legatur p̄z capella fienda ⁊ hmōi ⁊ iste casus ē i. l. legatā. ff. de admi. re. ad ciui. pti. ⁊ in. d. c. nos quidē ibi ipleri nō pōt q̄ verbuz etiā intelligit ō impotentia facti ō re scriptis. c. si scitat⁹ ⁊ tūc pōt fieri cōmutatio auctoritate superioris etiaz si i testamento sit clausula q̄ nō possit conuerti ad alium vsum quā deputatum ratio quia voluntas testatoris debet interpretari ꝓz ius cōe vt res magis valeat q̄ pereat. c. abbate de verbo. sig. ⁊ ideo cū de iure commuti possit in alium vsū q̄ uerti non obstabit talis clausula ⁊ ex his dicit Gu. in Spec. ti. de edic. instru. in. §. nunc aliqua qō si mihi legatur vt vadam vltra mar ⁊ nullus audet ire qō p̄sequar legatū licet non vadam dummodo vadam ad similem locum. Silr si testator legat p̄ laboz itineris vl̄ p̄mie sibi inuicte vt vadā romā ⁊ ppter impedimētuz non possū ire qō p̄sequor legatū dūmodo vadā ad locū simile. d. l. legatā excipitur qō legat p̄z succursu terr̄ sctē q̄z si nunc non possum expectabitur tēpus ⁊ seruabitur legatum. c. magne ō voto. Ludo. de ro. in no. dicit q̄ Legatum factum p̄z calice vel reparatione ecclesie si Ecclesia non habet opus de hoc poterit per Episcopum solum fieri conuersio in alium vsum pium Aut vsus potest impleri de facto sed non de iure ⁊ tunc aut hoc est quia non est ad aliquem finem honestum puta legat quis centū vt fiat ludus teatral̄ in ecclesia qui est illicit⁹ de iure. c. cum decorem de vi. ⁊ ho. cle. ⁊ sic legatum inutile est ⁊ non fiet conuersio ar. eorum que no. in glos. in. l. i. ff. de condi. instit. vel non potest fieri de iure: non quia non sit ad finem honestum. Sed quia ius prohibet. ⁊ ⁊ sic fiet conuersio in alium vsum honestum vt est casus in. l. legatum ciuitati. ff. de vsuf. le. ⁊ sic itellige. c. nos q̄ dē in v̄bo nō pōt ipleri. s. ō iure Exēplum testōz legat q̄ p̄dicatores ⁊ mi noꝛ se p̄ferāt ad hītādū i suis domib⁹

ꝛ celebrẽt ibi diuina ꝓ salute aie sue de iure hoc nõ põt fieri. c. vnico ỏ excep̃l. li. vi. cle. cupientes. ỏ pe. tñ vsus ẽ honest⁹ qz ꝓ aia ꝛ laude dimia Silr legat vt fiat eccliam in tali loco nõ põt fieri ꝓpter priuilegiũ qỏ hñt ꝑdicatores ꝛ mnores ꝛ hmói. ꝛ ió fiet in loco congruo ꝛ hóesto facit ad sup̃dicta qỏ supza dixi donatio. i. §. xlvii.

12 ¶ Cuius auctoritate fiet talis cõmutatio. ℟. dñs ℣ de. vbi. s̃. q ꝑ si nõ subest cã puta qz põt de iure ꝛ de facto impleri: tũc sol⁹ papa põt. l. legata ff. de admi. re. ad ciui. pti. ꝛ cle. qz ꝓtingit de religi. do. Si vo subest cã legitima põt diocesan⁹ ẽt si põt iplere de iure ꝛ de facto: nisi testatoz ꝓuidisset qd sit fiendũ de legato vsu nõ ipleto qz si ꝓuidisset nõ posset fieri cõmutatio. vt no. bar. in. l. liberto. §. lucius. ꝛ ibi ter. ff. de an. le. ꝛ q eps ex cã legitima possit cõmutare in aliũ pium vsũ Facit qỏ no. dñs an. in. c. verũ. de cõsi. appo. vbi vult q nõ obstante ꝓhibitõe testatoris ne alienet nihilomin⁹ potest in magis pium. Vide. s̃. donatõ i. §. li. Idem tz Roge. ꝛ Hugo. Item Ange. ꝛ Imo. in. l. i. ff. de ꝓsti. ṗn. vbi volũt q iusta subsistẽte necessitate pñt relicta ꝑ testatorẽ in aliũ vsũ ꝓuerti. vt no. ꝑ Bar. ꝑ illũ tex. in. l. fi. ff. de ope. publi. ꝛ in. d. l. legatã. Ex qb⁹ ꝓclude: q volũtas ꝛ legata testatoris circa pias causas pñt fine cã ẽt ꝑ papã mutari in aliũ vsum pium: ꝛ ꝑ epm cã subsistẽte solũ q̃uis alij cõiter tenẽat ỏ epo in cle. qz ꝓtingit quã limito qñ sine cã vult fieri commutatio: qz tunc ptinet ad solum papã alʃ nõ facit qỏ. j. dico §. xvij. facit ꝑ hoc qỏ dicit Ludo. de ro. et. s̃. no. in. §. precedẽti.

13 ¶ Queritr vtrũ in tali cõmutatiõe regrat ꝓsẽsus heredis grauan. ℟. ℣ et. ubi. s̃. q si nõ põt ipleri de iure vel de facto requirit ꝓsensus heredis grauati ꝛ ecclesie cui sit legatũ. ꝛ ita loquit l. legatũ. ff. de vsufruc. le. ꝛ silr dic qñ cũq; ex cã legitia oz fieri cõmutatio.

¶ Quid si dubitet an sit cã legitima 14
vt fiat cõmutatio: vel ecclia cui legat: aut heredes nõ ꝓsentiũt cõmutatõe ℟. ℣ de. vbi. s̃. q solus eps poterit. ℒ. de nupt. l. i. ꝛ si ecclesia cui legat ꝓsẽtit vt fiat cõmutatio ꝛ heredes ꝯdicunt nihilomin⁹ eps fauebit ecclesie legatarie fauore volũtatis defuncti adimplende ꝛ non heredi. ꝛ iste est casus in d. l. legatũ. Fallit hoc in legato ꝑ monasterio fiendo qỏ sine ꝓsensu heredis nõ põt cõmutari nisi fuerit negligẽs: qz tunc ẽt sine ei⁹ ꝓsensu põt eps elapso termino. d. c. nos quidem.

¶ Qui põt suũ officiũ impendere vt 15
legata suũ ꝓsequant effectũ. ℟. ℣ a. i d. c. nos. q etiã iudex secularis etiã in legatis ad pias causas. est tex. in auth. ỏ ecclesia. ti. §. si qs hedificatione. silr tã secularis q̃z ecclesiasticus põt cõpellere vt legata soluant q̃ fiunt nõ certe psone: vel si certe: tũt alis ẽ q nõ põt in iudicio petere vt sũt fratres minores. d. §. si qs secus esset si nõ ad piaz cãm sit legatũ ꝛ certe psone factũ tũc qz oz q solũ ad istãtiã ptis cõpellat.

¶ Utrũ eps in legatis ad pias causas 16
possit se intromittere. ℟. ℣ a. i. c. si heredes. de testa. q si testatoz ꝓuidit sibi de executore nõ põt nisi in defectũ. vt s̃. Executoz. §. xi. ꝛ in. c. tua nos. de testa. ꝛ in auc. de ecclesia. ti. §. si qs ꝑ redẽptione. Si vo testatoz nõ ꝓuidit sibi de executore: tũc in legatis pro redẽptione captiuoz ꝛ ꝑ alimonijs pauperum ꝓuidebit eps vt in. d. §. si quis aũt. ꝑ re. ꝛ. l. nulli. C. de epis. ꝛ cle. In alijs aũt heres. vt in. d. c. si heredes. ꝛ. c. tua. ꝛ. c. nos. de testa. nisi in negligentiam. vt. s̃. Executoz. §. xiij.

17 ¶ Utrū legatū factū ꝑ cōstruēdo hospitali pauperū: in q̄ poneret rector ad arbitriū certi prelati possint hēredes mutare in hedificationē monasterij religiosorū ¶. Iappus abbas in cle. q; ꝓtingit de relig. do. vt refert do. an. in. d. c. nos qdē q̄ Jo. an. cū q̄busdā iurist̄is cōsuluit q̄ sic: cū licentia epi: et ꝯdicente illo ꝓlato. q; q̄ meli⁹ facit nō aliud sed idē facit. c. peruenit el. ij. de iureiur. sed plus ē ecclām religiosorū facere q̄z hospitale. Facit. c. scripture de voto ⁊ regula pl⁹ semp ō re. in. li. vi. ergo ⁊c. Sed ꝯ vī. xiij. q. ij. vltima volūtas ō cele. missa. cū marthe cū sūb⁹ vbi p̄z q̄ volūtas defuncti ꝓ lege d̄z seruari ergo forma mandati d̄z diligentissima accuratione seruari nec eo casu plus cōtinet in se qđ ē minus vel eꝯ. io. de ꝓben. cū de beneficio li. vi. Ad hoc. ¶. do. An. q̄ ista sūt vera i materia odiosa vl̄ ābitiosa ⁊ sic restringibili. de ꝓben. q̄uis. li. vi. sed opinio Jo. an. loquit̄ in mā fauorabili ⁊ maxime aie defūcti in q̄ fit plena interꝓtatio. c. cū dilecti de donat. Ēt̄ verisil̄r ꝓsumit̄ q̄ defūctus nō ꝯdixisset demōstrādo sibi vsū vtiliorē. fac̄ ad hoc qđ no. bar. in. l. fi. ff. de opc. publi.

18 ¶ De cautella danda illi qui vult legare pro anima ⁊ timet parentes. vide. j. ¶ actum. §. xiij.

Legatus ē cui a papa certa patria vl̄ puincia cōmittit̄ gubernāda ſm Bof. vñ gerit vices pape ⁊ est ordinarius in prouintia. c. legatos de officio. le. li. vi.

1 ¶ Quomō faciet fidē si regrat. ¶. q̄ p l̄ras suas. l. vnica. C. de man. prin.

2 ¶ Quot sūt ſpēs legatorū. ¶. due. Quidā sūt ipropie legati nūcij ⁊ nō iudices ⁊ sūt illi q̄ sepe mittūt̄ a papa pro ābassiata. vel ad aliqō nūdū ministerij exercēdū de q̄bus dist. i. iusgēriuz ⁊. xcvij. c. nobilissim⁹ ⁊ q̄si p totum. ⁊ istos q ipedit d̄z tradi hostibus vt sit ſuus. l. vlt. ff. ō legatiōib⁹. Et ibi loq̄tur de legatis q̄rūcūq; etiā hostium ⁊ ſm canones sūt excōicādi. xciij. di. si qs ita no. glo. i. d. c. iusgēriū. Quidaz sūt legati iudices q̄s papa facit ordinarios in certa ꝓuintia ⁊ de istis loq̄t̄ diffinitio ꝓmissa. ⁊ titul⁹ ō offō legati ⁊ isti sūt i triplici dīa. ¶ Primi sūt legati nati q̄z nat⁹ i sua dignitate efficit̄ legatus pape. vt archiep̄s cāturien̄ q̄ eo ipso q̄ archiep̄s cāturien̄ est legat⁹ ē pape. vt i. c. i. de offō legati. ⁊ isti dicunt̄ legati rōne dignitatis. ¶ Secūdi sūt legati ō latere vt sūt illi q̄ mittūtur de curia pape ēt si nō sūt cardinales ſm glo. in. c. pl̄r. de officio legati. Sed pa. in. c. i. eo. ti. ꝯ ⁊ bene q̄ soli cardinales dicunt̄ legati ō latere maxime hodie. ¶ Tertij sūt legati q̄ nec sūt de latere q̄z nō cardinales: nec sūt nati q̄z nō in tali dignitate ⁊ sūt illi q̄bus papa cōmittit legatiōis officiū in aliq̄ ꝓuicia vel sua vel aliena. vt in c. volentes eo. ti. ⁊ tales dīr legati ratione ꝑsone nō rōne dignitatis vt ꝓmi.

3 ¶ Utrum legati nati vel rōne ꝑsone hēant iurisdictionez in exēptos. ¶. pa. in. d. c. i. q̄ nō. ⁊ probatur in. c. i. de v. signi. li. vj.

4 ¶ Utrū possint ꝓdicti legati absolue re pro iniectiōe manuū violēta i ecclām sticū. ¶. q̄ legati nati nō possūt nec in ꝓuincia nec eī nec subditū nec eīne um. Ratio ſm ¶ a. in. c. pen. de offō legati q̄z clerici ꝑderēt ꝓuilegiū. c. si qs suadēte xxij. q. iij. cū nullus hēret re ad papā ꝓ absolutiōe. eo q̄ dignitas est ꝑpetua. Intellige ſm ¶ a. ibidē de iniectione a q̄ epi non possunt absoluere: q̄z ab illa a q̄ epi absolūt multo fortius ipi cū sint ordinarij. Le

gati vero rõne pſone poſſũt abſolue/re ſubditos exiſtẽtes i ꝓuicia, ſiũ eẽ/neos in ſua ꝓuincia delinquẽtes ⁊ exiſtẽtes. ſubditos vo ſuos eẽ ꝓuiciã ſuã nõ poſſũt abſoluere ſm glo. ⁊ cõiter doc. in. d. c. plũ nec ẽt de cõſenſu iudicis illius ꝓuincie ſm ꝑa. ibidez. ſed Jo. mo. ⁊ Jo. an. quos ſeqt̃ Se. in. c. i. eo. ti. li. vi. tenent ꝙ poſſũt. ⁊ magis placet hec opinio. Subditos etiam ſuos ⁊ in ſua ꝓuincia q extra ꝓuinciam iniecerũt manũ violẽtã in clericũ ſm hoſt. nõ poſſunt abſoluere. ſed ſpecu. recitat aliquos tenere ꝙ poſſunt. ⁊ mihi plus placet: ſicut poſſũt ẽt eos punire de delicto eẽ cõmiſſo. eẽneos vo alunde venientes ligatos abſoluere nõ ꝓ̃t: legati vo a latere ꝓ̃t abſoluere quoſcũq; tã in ꝓuincia eis ꝺcreta q̃z eẽ. tam ſubditos q̃z eẽneos. ſm glo. ⁊ cõmuniter doc. in. d. c. plũ. Poſt. tñ limitat nõ hẽre locũ cũ iniuria eſt enormis quia reſeruatur pape. alla. c. ſi vero. ⁊ c. cum illorum de ſen. excõ. cum ſimilibus. Sed tu tene ꝙ poſſunt etiã in enormi ſm Jo. an. Jura vero exci pientia enormem iniuriam nõ loquũtur in legato a latere. ſed in aliis inferioribus. ⁊ hoc ſequitur archi. in. c. i. de officio le. li. vi. ⁊ cõmuniter doc. in c. ad eminentiam de ſen. excõ. Fallit hoc in duobus caſibus. Primus qñ ſunt in preſentia pape. ſo qñ ſũt revocati ante regreſſuz ſm pa. in. c. pe. de officio le. qz tũc abſoluere non poſſũt

§ Quid ꝓ̃t facere dicti legati: videſ. c. legatos de offõ. le li. vi. ⁊ q. nõ poſſunt facere hẽs in glo. c. ꝙ trãſlationes de officio le. ⁊ in multis. c. li. vi. eo. ti. que omitto cum hodie illi q habẽtur in vſu legati multa poſſint ex ſpeciali conceſſione q̃ ex eorum lr̃is potiuſq̃z ex doctrina cognoſcitur. a)

8 Utrũ legatus poſſit ꝓceſſũ delegati impedire: aut eius ſniam irritare. q̃z. ꝙ non. c. ſtuduiſti. de officio le. nec ſimiliter põt abſoluere excõicatos a papa vel eius delegato dicto. c. ſtuduiſti.

7 Legat⁹ an poſſit abſoluer excõicatã a ſe i ſua ꝓuicia eẽ prouinciã exiſtẽs q̃. ꝟz ino. q ſic: ſi nõ ſit revocat⁹ i foro penitẽtiali. ſed in foro contentioſo nõ niſi reuertatur in prouinciam. intellige niſi egreſſus eẽt cum aio ꝓ̃nt redeundi: qz ſic expirat legatio.

§ Quid de ipedientibus legatos vel nuncios Ap̃licos ne xerceant eorum officia. q̃. ꝙ excõmunicati ſunt ipſo facto ⁊ terre: regna vel loca ꝓdictorum ſunt interdicta tãdiu q̃z diu in cõtumacia perſiterint eorum domini. c. ſuper gentes ⁊ regna de officio legati. li. vi. extrauagans eſt.

Legitimatio filiorum legitimorum quot modis fit q̃. xi. modis

Primus quãdo pater offert filium naturalem tñ nõ hñs filios legitimos inter vivos ſeruitio curie ciuitatis ex qua eſt oriundus: vel ſi pater eſt oriundus de veteri roma. ſ. conſtantinopoli. vel noua. offerat eiz curie cuiuſcũq; ciuitatis metropolis vt inſtit. de nup. §. vltimo. Secũdus quando pater offert eiz imperatori. ⁊ fit curialis. in auk. quibus modis natura. effi. ſui. §. ſi quis igitur. Sed iſte nõ ſuccedit agnatis aſcẽdentibus vel deſcendentibus ex latere patris. vt idem

Tertius qñ pater filiam ſuam naturalem in matrimonio copulauerit officiali curie ciuitatis de qua ẽ oriũd⁹: vel ſi pr̃ ẽ oriũdus de veteri vel noua roma copulet officiali ciuitat̃ metropolis. vt. C. ꝺ nã. lib. l. iii. l. ſi.

Quartus qñ nullo alio legitimo exiũte vel ſi exiſtit nõ ꝺdict⁹ ſz ꝓſentit filius nãlis pr̃e defũcto ꝓfert ſeipm curie iſto mõ. vadit ad regimẽ ciuitat̃: ⁊ dicit vos egregij tali officiali ego offero me curie ⁊ ſer

uire in tali offō si curia recipit eū legi
tim⁹ erit. vt i.d.§.si qs igit̄. Et itellige
tales filios nāles p talē oblationē legi
timatos vt succedant pr̄i ab intestato
non tñ alijs cognatis ex parte pr̄is nec
ipi eis. vt in.d.auth.§. filiū v̊o. ¶ Qui
tus qñ pr̄ ōficiēte ꝓle legitima offert
ꝓncipi ꝓces ꝓ filijs nālibus vt sint fi-
lij legitimi successores et sine mr̄imo
nio. duz tñ ꝓnceps ꝓces admittat. d.
auth.§. illō tñ ¶ Sext⁹ qñ pr̄ i testō di
cit eū sibi velle succedere si tñ filius
p⁹ morīē pr̄is principi suplicauerit: ꝛ
testm̄ oñderit. tūc eniz dono ꝓncipis
ꝛ legis heres erit legitimus. ꝺummó
volūtatē pr̄is seq̄tur. vt in.d.auth.§. si
v̊o is q. ¶ Septimus. qñ pater in ex
trema volūtate noiat⁹ filiū ꝛ heredez
instituit. C. de nā. lib auth. itē Si qs. qō
limita fm qꝺ in cāu sequenti. ¶ Octa
uus qñ in publico instr̄o. s. scripto p
notariū: aut ēt si sit scriptū ꝓpria ma-
nu cū subscriptiōe triū testiū filiū nā-
les noīauit filiū nec adiecit naturalē
Sed Bal. in.c. inotuit de electio. tz qꝺ
oportet addat suū: q̄si dicat in sua ptā
te ꝛ sic legitimū. nec sufficeret sola no
minatio fm Bal. ibi. Et si sunt plures
filiī nāles ex eadē mr̄e nati ꝛ testimo
niū tñ ōderit vni tñ oēs erūt legitimi
Et hoc intellige qñ ꝓples legitima nō
supest fm gl. i.c.ꝓ tuas q si. sūt le. quā
sequāt cōiter doc. ¶ Mon⁹ qñ pr̄ filiū
um ex cōcubina noīat filiū legitimuz
ꝺz. do. An. in.d.c.ꝓ tuas. qō intellige
si mr̄ talis ē qꝺ potuit esse vxor sua qñ
gñauit. vt. in. aut. vt lice. ma. ꝛ aute. §.
ad hec. Rō. ibi ponit̄ qz ex tali noia-
tione vr̄ testimoniuz phibere. qꝺ cum
mr̄e legitimū hūit vl̄ hēat mr̄imoniū
ex. q̄ cōcludo qꝺ si mr̄ vel ipse aliūm
accepisset i cōiugiū viuēnt⁹ ipis nō
legitimaret talis noiatio. qō no. bene.
alias sic ꝛ si ex alia vxore pr̄et filios
vēirēt isti cū illis ꝛ sibi si p⁹. ¶ Deci
m⁹ qñ pr̄ ꝺ̄ham mr̄imoniū cū illa q̄ē
mr̄ filiorū nāliū ipsius patris de quo
dic vt supra. filius. §. x. ¶ Undecim⁹
qñ legitimāt̄ per papam imperato
rē aut principes q̄ nō hñt superiorez
aut hñtes ptātem ab eis: ꝛ de predicꝯ
vō in.c.ꝓ tuas ꝓ doc. ibi q si. sūt legi.
¶ Utrū papa possit taliter legitimare
vt succedāt in hereditate ꝛ admittan
tur ad alia temporalia. &. pa. in.c. per
venerabilem qui filii sunt legitimi. Ma
ria fuit opinio Sed in pratica seruā-
tur opinio Johannis ꝛ Ber. idez. s. qꝺ
nō pōt in terris sibi ñ subiectis maxi
me qñ tales sunt adulterini vl̄ incestuo
si. ꝛ pro hoc est bonus tex. in.c. dicat
aliquis. xxxii. q. iii. ꝛ in.c. vnico. xxxv.
q. vii. sed q̄ ad spiritualia nō est dubiū
¶ Utr⁹ illegitim⁹ ſz legitimat⁹ ꝓ sequēs
mr̄imoniū sit legitim⁹ q̄ ad oia. &. ꝺz
pa. ꝛ gl. i.c. tāta. q si. sūt legi. qꝺ sic ꝛ ꝺz
dñs Ant. ibidē teneat qꝺ nō i statut̄. qz
statutuz nō cōpēdit fictū. l. iii. §. hec
v̊ba. ff. de nego. ge. ꝛ sic isti ficte sūt le
gitimi pp v̊bū habeant̄. qꝺ est v̊bū fi
ctum tñ magis placet ꝑma opinio: qz
q̄ verbū habeātur. pfert̄ ab habēte
potestatē paria sūt dicere habeantur
ꝓ legitimis ꝛ sint legitimi. Facit. c. ex
parte. de spon. ꝛ quod dicit Bar. in. l.
si his qui pro emptore. ff. de vsucapio
nibus ꝛ in. l. si maritus. ff. de adul. vbi
vult qꝺ dicere habeantur pro ciuibus
ab habente potestatem. Idem est ac
qꝺ sint ciues. ꝛ sic tene.
¶ Utruz talis succedet in feudo si di
ctum est qꝺ transferatur ad posteros
ex se legitime descendētes. &. Bal. in
c. naturales. si de feu. con. fue. dicit qꝺ
nō Sed Jaco. de belui. ꝛ cōmuniter
doc. in.c. lator. qui. si. sunt le. tenent cō
trariuz. scilicet. qꝺ succedet. ꝛ tex. d.c.
naturales. Intelligitur de legitimato

p reſcriptū ꝓncipis.q2 cum illa legitimatio ſit ſtricti iuris tāquā diſpenſatio ꝫ ius eſt reſtringenda.c.q̄ dilectio de cōſā.ꝛ affi.ſed mr̄imoniū tāquā fauorabile purgat p̄cedēnia ꝛ iō ſuccedet

4 ¶ Utrū legitimat⁹ ob imperatoꝝ vel hēnte ptātez ab eo ſit legitimus q̄ ad ſpūalia. ℟.pa.in.d.c.p venerabilez q̄ nō.ꝛ iō nec ad ordines ꝛ alia ſpūalia admittet.vide glo.x.di.lege ꝛ ſequit Bar.in.d.auk ex cōplexu. nec ēt erūt legitimi in dñio illoꝝ qui nō recognoſcūt Imperatorē q̄ztū ad ea p̄ que fieret alteri preiudiciuz.puta ad ſucceſſionē bonorum ab inteſtato.vt no. in d.c.per venerabilem.

5 ¶ Utrū cōites hñtes poteſtatē legitimādi ab impatore poſſint legitimare i preiudiciū agnatoruz.℟.d.Ant.i.d.c.p venerabilez q̄ ñ niſi pat̄ ꝛ agnati cōſēnāt: q2 hec poteſtas tāq̄z alteri preiudicialis eſt reſtringēda.l.i.§.ſi qs a p̄ncipe.ff.ne qd in lo. publi. Sz Bal.i Rubrica codi.eſt ꝫ eū qñ ſimpliciter eſt ꝓceſſa auctoritas legitimādi: ſed credo verū dictū bal.in filiis naturalibus tāmz: ſed in ſpuriis ꝛ aliis ex dānato coitu nō credo: niſi expreſſe concedatur .Facit qđ no.Jo.an.in addi.ad ſpe.in ii.qui fi. ſūt legi.q dicit q̄ ſi ſpurius dupliciter.ſ.ex patre vxorato.ꝛ matre maritata impetrat a papa vel ab impatore reſcriptū legitimationis q̄ nō valet ſi nō expreſſit.Facit qđ no.pa.in.d.c.p venerabilē.vbi dicit q̄ inceſtuoſus vel adulterinus.niſi id exp̄imat ſemp̄ reſcriptū legitimationis erit ſurrepticium.q2 omne tacitum p̄ id qđ papa uel p̄nceps nō ita de facili cōceſſiſſet ſi illud ſciuiſſet facit reſcriptum ſurrepticiū ꝛ viciat.c.poſtulaſti.de reſcrip.Facit etiaz q̄ no.hoſt.ꝛ Hoſ.in ſūma q̄ licet papa legitimet aliquē ad dignitates non intelligitur legitimus q̄ ad eſ̄atum ꝛ alias maiores: ſed tm̄ quo ad inferiores de concel.p̄ben.c.dilectus.vide ēt.ſ.diſpenſatio.§.viij.Aduerte tm̄ hic qđ dicit Ang.in auk.quō nā.eff.ſui.§.ſi qs igitur.q̄ pater pōt legitimare filiū in p̄ iudiciū filiorū legitimorum: ſed filius illegitimus nō pōt ſe legitimari facere in legitimorum p̄iudicium.

6 ¶ Utrū legitimatus ſimpliciter intelligatur etiā quo ad dignitates.℟.hoſt. q̄ ſic.ſicut ſimpliciter reſtitut⁹: ad oia reſtituitur.C.de ſententiā. pa.l.i.q̄zuis Hoſ.teneat contrarium.

7 ¶ Utrū papa diſpēſādo in matrimonio ꝫcto in gradibus p̄hibitis de iure canonico legitimet filios ante conceptos.℟.q̄.nō: ſed bene poſtea concepti erunt legitimi q̄ ad oia ꝛ ſi exp̄ eſſe legitimet ante conceptos nō erunt q̄ ad oia: ſed ſolum quo ad ſpūalia ꝛ tēporalia in terris pape non aliis.vt in d.c.fi.q.fi.ſunt le.fz do. Anto ſz Jo. an.ꝛ pa.in.d.c.p venerabilē legitimādo mr̄imoniū vt ex tūc erūt legitimi per oia. ſi nō p̄les fuit generata ex coitu matrimoniali.ſaltē affectu. licet nō tenuerit de iure poſitiuo ꝛ verius.

8 ¶ Que requirūtur vt valeat legitimatio.℟.fm.pa.in.d.c.per venerabilem q̄ q̄ttuor. p̄mo q̄ exp̄imat qualitatē legitimationis vt .ē.§.v. ſcōo q̄ exp̄imat ſi habet fratres legitimos vel nāles aliter niſi exp̄imat nō valeret .tertio q̄ pater ꝛ filius legitimandus conſēnāt.q̄rto q̄ ſi p̄ mortu⁹ fuerit vocēt agnati vt ꝫſēnāt niſi p̄nceps vellet legitimare ex certa ſcia.ipſis non vocatis pōt ꝛ.n.p̄nceps ex certa ſcia reſtituere in integrum cū preiudicio alterius vt no.in.l.fi.C.ō ſniaz paſſis.ꝛ i.l.i cauſe ff.de minoribus Si tm̄ cū diſpoſuiſſet vt legitimarent̄ poſt mortē ipſius.tūc nō eſſet neceſſe q̄ agnati vocarentur

qz tunc ꝛ ipſis inuitis poſſent legitima ri adeo ꝙ etiam ſuccederent ipſis agnatis ab inteſtato morientibus.

q⁊ liceret. Tertio pꝰ factū q̄n ē neglī/
gēs circa custodiā infirmi.ita no. Bar.
Inno.⁊ ℍosti.in.c.tua.de homici.

1 ¶ Utrū euentus mortalitatis debeat
medico iputari.ꝛ.q̄ nō si diligētiam
quā ōbuit ⁊ potuit exhibuit.ff.de offi.
pſi.l.illicitas.§.sicuti vide.ſ. Homi/
cidium.ij.§.xviij. Et aduerte q̄ medi
cus teneť in foro aie nō solū q̄n volū/
tarie ledit puta plōgādo infirmitatē
⁊ hmōi.sed ēt q̄n ex ignorātia. vel in
perita.vel nō sequēs traditiōes artis
aliquē lesit.vt no. Ve.i anc.ſꝫ hodie
C.ō iudi.nā imperitia medici culpe
annumerat.l.siqs fūdū.§.celsus.ff.lo
cati.⁊.l.iperitia.ff.ō re.iur.⁊ i glo.i.q.
iij.nō ē iputāda. Limitat hoc ℙa.in
c.ad aures ō eta.⁊ q̄li.vex q̄n assūpsit
officiū volūtarie. Secꝰ si ex necessita
te q̄n ex ignorantia ⁊ imperitia ledit
Vt puta vtiť aliqbus exptis alīs ⁊ bo/
nafide.q⁊ sibi iputet q̄ talē elegit ex q̄
dicebat se imperitum.

¶ Quid si dubitat medicinā nociuā. 2
ꝛ.q̄ nullo modo dꝫ dare: sed tutiorē
ptē eligere de pnesūp.c.illud.ō homi.
c.peritio.q⁊ securius est hominē reliq̄
re in manu dei q̄ꝫ medicinas dare de
q̄bus dubitat fm Inno.i.c.tua nos.ō
homi.⁊ ibi ℙa. Et itellige eū i dubio
q̄n nō habꝫ aliqd ex q̄ ꝓbabilius ex
timet pfectura q̄ꝫ nociuā. Secꝰ si ha/
beret aliquā probabilitatem potiꝰ de
vtilitate q̄ꝫ de nocumēto.q⁊ sic posset
dare adhibita debita diligentia ⁊ stu/
dio.q⁊ sic nō ꝓprie est in dubio: sed i
opinione vel titubatione.

¶ Utrū sit in culpa medicꝰ q̄n medi 3
cinam.scdꝫ artē ōdit ſꝫ ex ōfectu spe
ciex vel admistiōe alia fit nociua.ꝛ.
q̄ n̄ si ōbitā diligētiā adhibuit.c. apli
ce.ō cle.exco.mi.fm Inno.⁊ ℍosti.

¶ Utrū Cirugicꝰ icidēs aliquē q̄ pro 4
pter incōsuetā dispōnem venāꝫ: vel
q⁊ propter insolitū timorem q̄ venit sūper eū mortuus ē ſit in
culpa.ꝛ.q̄ nō.si debitā diligentiā ad
hibuit ⁊ erat ptus.ar.c.ex lris.de fri.
⁊ male. Et hoc verū si non dubitabat
de hoc q⁊ si dubitabat ōbuit omittere
vt no. Inno.⁊ ℍosti ne cle.vel mo.c.
siniam.⁊.d.c.tua nos.

¶ Utrū medicꝰ teneať gratis curare 5
ꝛ.q̄ sic si est paup infirmus. fm glo.
lxxxiij.di.§.i. Si vō diues est nō tene/
tur cū nemo cogať de suo facere bene
ficiū.x.q.ij.ꝓcarie.⁊ licite recipit mer
cedē suā.xiiij.q.v.c.nō sane. Si tñ es
set salariatus de publico teneť gratis
fuire ita paruis sicut magnis infirmis
ſꝫ a sanis bñ posſꝫ petere salariū vt dic
l. Archiatri. C. de pfe.⁊ me.

¶ Sed quid si infirmus sit diues: ta 6
men ex auaritia non vult soluere me/
dico debet ne medicus eū mori pmit
tere.ꝛ.q̄ non: sed dꝫ ei medicinas ⁊
alia necessaria facere suis expēsis q̄ꝫ

postea repetere poterit cum sanus effectus fuerit. quia vtiliter gessit negocium eius. ff. de nego. ge. l. pōponius ⁊ si moriatur repetet ab heredibus. quia sufficit si vtiliter cepit gerere. licz euentus non sit secutus. l. sed an vltro. ff. de nego. gest. nec potest ei obici quod causa pietatis hoc fecerit nisi sit ei ꝓpinquus. vt. l. alimenta. C. de nego. ge. quia tunc oportet protestetur q̄ gratis non intendit hoc facere alias non repeteret. d. l. alimenta no. hoc glo. in. d. §. primo.

7 ¶ Vtrum peccet mortaliter medic⁹ consulendo aliquid contra animam ꝑ salute corporali. &. q̄ sic. ⁊ ne hoc faciat prohibetur ⁊ sub pena excommunicationis in. c. cum infirmitas de pe. ⁊ re.

8 ¶ Vtrū similiter peccet mortaliter si nō admonet infirmū vt ꝓfiteatur. &. q̄ sic q̄ facit contra preceptum vt in d. c. cum infirmitas nec potest dici abrogatum per contrariam consuetudinem. quia nō consuetudo sed corrupt tella est ⁊ contra bonos mores ⁊ ideo non valet ꝺm Hostī. in. d. c. cum infirmitas. Excusatur tamen medicus in casu repentino qui indiget celeri remedio qui nō ante ipsum infirmum induceret ad confessionem. Et aduerte q̄ nō sufficit admonere. sed dz inducere cū effectu. vt in. d. c. no. Nihilomin⁹ si infirmus nollet ꝓfiteri nō credo ꝓpter hoc q̄ medic⁹ debeat dēsistere a medicamine. q̄ intelligēduz ē monneas ⁊ iducas effectualiter q̄tū ē ex pte medici. sicut ⁊ i. c. fi. dē eo. q̄ co. cō. vxo. sue. Fac. l. stipulatio ista. ff. dē verob. ñ ex pte infirmi. q̄ si dimitteret eū forte morere⁹ desperat⁹ q̄ sanat⁹ poterit postea querī ⁊ sic ꝓceptū ecclie videret ꝺ ꝓceptū dei de caritate proximi q̄ nullo modo credendum' est. Facit tex. cū gl. ꝑ hoc. lxxxiij. di. i ꝓn.

9 ¶ Sed nunqd ad hoc tenet medic⁹ i oi infirmitate. &. q̄ nō saluo meliori iudicio. sed solū in infirmitate periculosa ꝺm se. Ratio q̄ sicut infirmus nō tenetur ꝓfiteri de necessitate ꝓcepti in oi infirmitate. sed solū q̄n̄ est periculosa: sic nec medicus tenet cū inducere licz sit optimum q̄ medici inducāt in oi infirmitate. Et dico periculosa z. i. q̄ posset ꝑ babiliter inducere periculū mortis. secus quando est clarum qđ nō est periculosa.

10 ¶ Vtrū infirm⁹ teneat obedire medico. &. Imo. ⁊ Hosti. i. d. c. tua. q̄ ñ de ꝓcepto si tñ infirmus accipit aliqd vl' facit ex certa scia: vel ex affectata: vel ꝑ probabili ignorātia ꝓpter q̄ notabile malū incurrit peccat mortal'r. ar. c. si nō lz. xxij. q. v. idē dic de fuctib⁹ q̄ ei aliqd administrāt tale. Sec⁹ si nō esset notabil'r lesiuz q̄tūcūq; aliqualiter medicū tñ q̄ aliqñ sitis magis cruciat q̄z febris ⁊ iter duo mala min⁹ eligēdū est. xiij. di. duo. Et si ex tali administratione mors seq̄ret vel mutilatio mēbri eēnt fuctes irregulares. sec⁹ si ex leui ignorātia vl' culpa hoc fecerūt

11 ¶ Vtr̄ ars medicine sit ꝓhibita clericis ⁊ religiosis. &. clericis in sacris. religiosis ⁊ clericis i miorib⁹ bñficiatis ñ lz vti nisi gratis ⁊ vbi periculū nō iminet ne cle. vl' mo. c. mīra. Cirugia z dco q̄ indiget icisione vl' adustióe cuz sanguinis effusióe secūdū ber. i. c. ad audiētiā de fall. oio exercere nō possunt. q̄ simpliciter ē eis interdicta. c. sniam. c. sup specula. ne cle. vl' mo. de homi. tua nos. de postu. c. primo.

12 ¶ Vtrū medic⁹ teneat nūciare mortem infirmo quā prenoscit cito venturā. &. Jo. dē neapoli in quol'. xi. distinguit q̄ aut ꝑ babiliter credit q̄ talis ꝓnūciatio erit multū vtilis aiē infirmi-

vt puta.qz cõfitebiť cuj sit in peccato mortali ⁊ ordinabit testamẽtũ er quo emitabũtur multe lites.⁊ sic tenetur p se vel per aliũ emãifestare.aliter pec cat mortalr.quia dãnificat ꝓximũ in directe cũ nõ ipedit dãnum eius cuj põt. Idẽ dic si est i dubio an sit vtilis. vel nõ.Qõ si ꝓbabiliter credit qp talʒ anũciatio nõ erit vtilis ifirmo puta qz iam ordinauit facta sua: sed forte erit potius damnosa corpori: tũc nõ tene tur ei dicere de necessitate ꝓcepti: li cet sit melius dicere.quia melius se di sponet.⁊ bonum anime semper est ꝓ ponẽdum bono corporis.

13 ¶ Vltrũ medicꝰ possit ꝓmoueri.ꝝ.si ptus erat ⁊ nihil omisit de cõtigẽti bus secũdũ ꝓbabilitatej sue cõscie̅tie potest promoueri.alias nõ.de eta.⁊ q̃ li.c.ad aures.ff.de vari.⁊ extraor.co gni.l.⁊ si medicꝰ ꝓcor. Jnno.⁊ ho.

14 ¶ Vltrũ medicꝰ q̃ ꝓuenit pro.x.du catis.cũ ticio liberare eum de aliqua infirmitate.puta quartana ⁊ hmõi ⁊ li berat eũ: sed.j.modicuj tẽpus ticius reincidit in eãdẽ ifirmitatej teneatur iteruj pro illis.x.eũ liberare.ꝝ.vide tur qp sic qz nõ extinxit ifirmitatẽ: sed cessare fecit angustiã ipsius. Jtẽ quia nõ videtur curasse cũ vitiose curauit. Jtẽ quia verba cũ effectu sũt accipien da qp iõ debet intelligi cũ curaret ꝑfe cte. Jn cõtrariũ videtur qp nõ teneať quia de ꝑsẽti ifirmitate tãtuj videtur cogitatũ.⁊ ideo soluto eo quod debeť sublata est obligatõ i perpetuũ quia i ffinitum ñ debet obligari.nã infinitaʒ euitať ff.loca.l.martius.i glo. Sed tu dic qp aut redijt ex culpa infirmi.⁊ sic nõ teneť.l.qõ qs ex culpa.ff.õ re.iuť. Si nõ ex culpa infirmi.tũc aut statim redit.⁊ sic tenetur quia nõ videtur eũ liberasse aut ex interualo.⁊ sic nõ te tur vt.ff.de re.iuť.l.quicquid.

Mendum ꝓpe qd sit. vide supra Homicidiuj.v.ꝝ.vi. Et ideo in statutis ita accipitur: nisi aliud appareat de mente statuentis. vt notat Bar.in.l.ij.ff.de publi.iudi.

Mendacium secõm Aug. est falsa vocis significatio cũ itẽtiõe fallẽdi.xxij.q.ij.ꝝ.ille ergo.

¶ Que dfta est iter mẽdacũ ⁊ falsuj. I ꝝ.qp mẽtiri ẽ ꝺ mẽtẽ ire. Cũ ille q di cit qõ putat aliud: siue illud sit verũ si ue falsũ mẽtiť.c.is aũt.ij.q.ij.falsũ vo põt qs dicere sine mẽdatio cũ.s.cre dit verũ.qõ tñ nõ est:⁊ si debitã adhi buit diligẽtiã nõ peccat.qp si ũ peccat venialr.vt.i.c.hoiesxxij.q.ii.nisi i ca su i q̃ teneť debitã diligẽtiã adhibe re.puta i actu testificãdi vbi imminet notabile dãnũ ꝓximo: vel in iudicio qz sic esset mortale vel cum vult iura re.xxij.q.ij.c.animaduertẽdum.

¶ Quot sũt gña mẽdaciorum.ꝝ.fm ⁊ Aug.in.c.ꝓmũ.xxiij.q.ij.qp sũt octo.

¶ Primũ i doctrina religiõis xpiane.⁊ fm Alex.i.fa fe.religio hic accipiť nedũ ꝓ eo qp nos religat ad ea q̃ sũt fidei: sed etiã put religat ad bonos mores.qz i his duobꝰ cõsistit religiõis xpiane sũma. ¶ Scõm ẽ vt aliquẽ le dat iuste i corporalibꝰ cũ nullius vtilita te.sic falsus testis i cã criminali. ¶ Ter tiũ ẽ qp alicui nocet: sed tñ alteri ꝓdest vt testimonium in causa pecuniaria.

¶ Quartũ ẽ qõ fit sola mẽtiẽdi: vl fal lẽdi libidie.vt cũ ꝺlectať i astutia mẽ dacioz cõpõne ñ hñs respectũ: nec ad nocẽdũ nec ad adiuuãdũ alicui ʒ solũ.qz plʒ sibi. ¶ Quintũ ẽ qõ fit placẽdi cupiditate vt mẽdatiũ adulatiõis ¶ Sextũ ẽ qõ nulli nocet ⁊ alicui ꝓ dest.s.ne pecunia sibi auferať idebite vl iuste ledať. ¶ Septimũ est qp silr

alicui ē vtile ad corp⁹.ſ.vt mortē euadat. Octauū eſt qđ ſimiliter ꝓdeſt alteri vt virginitatē ſeruet. Sꝫ ꝑꝫ Alex. vbi ſupra.ꝛ.S.Bo.in.iij. di.xxxviij.ꝛ Ricar.ibidē.mēdatium bꝫ ꝓ ſuo fore malū cōpletiuo intētionē fallendi.ꝛ iō ſm intētionē mētientis diuerſū erit mēdatiū in ſpecie. Si.n. intēdit ſolū prodeſſe.ſic erit mēdatiū officioſū. Si delectare.ſic eſt ociosū. Si ledere: ſic eſt pnitioſū. Pernitioſū cōtinet tres ꝓmas dr̄ias.qꝛ aut i ſpūalib⁹.ꝛ ſic ē ꝓmū. Aut i corporalib⁹.ꝛ ſic ē ꝑꝫ Aut in tpalib⁹.ꝛ ſic ē tertiū. Officioſuꝫ cōtinet tres vltimas ſpecies.ſ.ſi in tpalibus.ſic ē ſextū. Si in corporalib⁹ ſic ſeptimū ſi in ſpūalib⁹ ſic eſt octauum. Ocioſū cōtinet quartā ꝛ quitā ſpēm. qꝛ aut vult ꝺlectare ſeipſū.ꝛ ſic eſt q̄rtū aut alterū.ſic ē quitum. Primum iſtoruꝫ eſt grauius.ꝛ vltimum leuius.

3 Vtrū oē mendatiū ſit peccatuꝫ.ſ. ꝙ ſic.c.ſup.eo.de vſuris. cum ſimilibus.ꝛ ēt mortale pctū ē ꝑꝫ S.Bon. Alle.ꝛ Ri.vbi ſupra. Primo rōne ſue ſpeciei: ſiue ꝙ ſe.ꝛ ſic tātū tres prime ſpecies ſūt peccatū mortale.vñ qcūq; mentit cōtra veritatē diuinam eaꝫ mēdacio occultando: vel corrūpendo peccat mortaliꝛ. Similiter circa ea q̄ rū cognitio ptinet ad hōis bonū.puta ad pfectionē ſciēie.ꝛ informatiōeꝫ morū. erit mortale.qꝛ ꝫ caritatē dei.ꝛ primi. Secus ſi eſſet circa aliqd qđ nō refert ad ſalutē vtrū ſic vel ſic cognoſcat.qꝛ eſſet veniale. Idē dic ꝙ ē mortale q̄n ē i nocumentum corporis proximi vel rerū de aliquo alicui⁹ importātie: ēt ſi alteri ꝓdeſſet. ſecus ſi in dānū alicui⁹ rei minime.qꝛ nō eēt cōtra caritatē.ꝛ ideo veniale. Scđo eſt peccatum mortale ꝙ accidēs. Et hoc dupliciter. Primo rōe intētōis.puta qꝛ ita afficit ꝙ nō curaret offendere deū vel primum notabiliꝛ.qꝛ ꝓponit mēdatiū caritati dei.ꝛ proximi.multo magis ſi intēdit dicēdo mēdatiū inuriare deū vel ledere notabiliꝛ primuꝫ ēt ſi non ledat peccat mortaliꝛ. Scđo ratōe ſcādali.vt cū qs dicēs mendatiū ꝓbabiliter ſcādalū ſequi aduertit tamē nō curat.ſed dicit mēdatium et peccat mortaliter. Et i hoc cōcordāt cōiter Theo.in.iij. di.xxxviij. Addit ꝛ tertiū.ex q̄ fit mortale.ſ.cū dr̄ in iudicio. Añ ſecūdū durādū omne mendatiū: ꝓter iocoſū quod in iudicio dicitur de his q̄ ad iudiciū pertinēt eſt mortale qꝛ ſubuertit veritatem iudicij qđ cedit in pernitiem vniuerſitatis ꝛ placet q̄ dicitur de eo đ q̄ teneť dicere veritatē. alias nō.ꝛ q̄n ſit habes ſupra. Cōfeſſio delicti.ꝛ ſupra. furtum §.xxvij.ꝛ.j.teſtis.§.xxvj. Addit ꝛ q̄rtū ex q̄ efficit mortale ſecūduꝫ Hoſt. ſ.ratione cōtēptus.ſ.cuiꝫ qs pro nihilo hꝫ dicere mendatia iocoſa ſicut vera ſicut faciūt ioculatores.ꝛ ſimiles. ar. xxv.di.§. alias ea demuꝫ. Quod limito verū q̄n ēt ſi eēt mortale nollet abſtinere. alr̄ nō.ꝛ ſic incidit cuiꝫ primo. Addit ꝛ quintū ſecūdū alios.ſ.ratione pfectionis. ſed iſtis nō aſſentio niſi ne pfectionis. ſed iſtis nō aſſentio niſi vel q̄n pfectio eſt talis ꝙ obligauit ſe voto vl̄ iuramēto in nullo caſu mētiri vl̄ rōe ſcādali vt dictū eſt. Et ita cōiter tenēt doc. facit qđ ſupra dixi. Circumſtātia. §.iiij. In alijs autē caſibus cōſt ē veniale peccatū: niſi ꝓſcia eis dicta ret ꝙ eēt mortale.qꝛ ſic eēt eiſ ſi ꝫ tale, dictamē diceret mēdatiū pctū mortale.

4 Vtrū p̄dicator vl̄ doctor ſemp̄ peccet mortaliꝛ mentiendo.ꝛc. Pa.in.iij. di.xxxviij.ꝙ nō: niſi ſcādalū vel cōtē ptꝰ doctrine ſit annexus.qꝛ ſi hoc ſciens mentit peccat mortaliꝛ. Similiter ſi diceret ꝫ id qđ eſt faciēdū ex neceſ

fitate. secus si ex consilio: nisi ratione scandali. vt dixi.

5 ¶ Utrū liceat ꝑ alterius vita cōfuā da mētiri. ꝛ. q. nō. d. c. sup eo. Et qua litercūq; dicaī mēdatiū semp est pec catū saltē veniale. xxij. q. ij. per totum. Quidā excipiūt iocosū: qđ ꝑprie nō vocāt mēdatiū. qz vt dī in. c. ne qs. xx. q. ij. non fallit. qz nouit ille cui dicit iocā di causa fuisse dictum.

6 ¶ Utrū solū sit mendatiū in v̄bo. ꝛ. q. nō. sed etiā in simulatis operibus. xxij. q. v. caue. Et ideo qđ dixi de men dacio. idē dic de oi simulatiōe quam qs facit vt proximus decipiat. ſm san ctū. Tho. secō de simulatiōe q̄ fit pro pter bonū. de q̄ dic. vt. j. Simulatio.

Mensa episcoporū nō d̄ bet splēdere au ro vel argēto. xli. di. eps vilez suppellectilem.

1 ¶ Quid debet esse ꝛ abesse in mensa clericorum ꝛ religiosorum. habes su pra Clericus. xi. per totum.

Mensuras. Vide. s. Fal sarius. §. xi.

Mercatio. Vide. j. nego ciatio.

Meretrix que dicaī. ꝛ. q. illa que multo rū libidini patet. xxxiij. di. vidua Alibi dī q̄ meretrix est cuius turpitu do venalis est. xxxij. q. iiij. meretrices. ꝛ regrit q̄. xl. homines admiserit. ſm gl. in. d. c. vidua allat. c. latores. d̄ cle. exco. mi.

1 ¶ Utrū sit ꝓhibitū cōmiscere cuz eis ꝛ. sic de iure diuino. ꝛ peccat morta liter. d. c. meretrices.

2 ¶ Utrū accipiēs meretricē in vxorez mereaī. ꝛ. q. sic. si facit vt eā a malo. retrahat. xxxij. q. i. non est culpandus secus si alio malo fine.

3 ¶ Utruz teneaī restituere qđ acqrit. er tali questu. ꝛ. q. nō ꝺz Anno. in. c. q; plerīq; de inuni. ec. ꝛ cōmuniter doc. sed bene de bono cōsilio. nisi ac cepisset a b his q alienare nō possūt. Et q sint. vide supra. donatio. vel ét ꝑ fraudē qz sic teneretur.

Meritum ꝑprie dī actō que fit vt ei qui agit sit iustū aliqd dari.

1 ¶ Quotuplex est meritū. ꝛ. ſm sāctū Bona. in. iij. di. iiij. ar. ij. q. ij. q̄ tripler Primū dī cōgruū. ꝛ istud est qđ qs ex actione nō ex debitū recipiēdi. sed tñ illi cui fit decet daī. sicut cū homo atteritī de peccato suo licet nō mereatur gratiā. tamē cōuenit deo vt faciēti qđ se est ex sua bonitate det. Secun dū est meritū digni. ꝛ istud ē cuz aliqs iustus rogat ꝑ aliq̄ ꝑsona q̄ est in pec cato dignum q̄ppe est q̄ iustus exaudiaī. Tertiū est meritū cōdigni. ꝛ istd est qđ agēs habet debitū recipiendi. ꝛ ideo cū ꝓma ratio dādi sit amor. ꝓpos sibile est q̄ aliqd possit sibi facere de bitū q amicitia caret. ꝓpterea existen tes ex caritatē ñ pñt mereri d̄ ꝓdigno

2 ¶ Utrū aliqs possit mereri ꝛ demere ri in eodē actu. ꝛ. q. nō. quāuis actus aliqs secūdū genus nature possit esse meritorius. ꝛ in genere moris demeritorius vt pz. xxij. q. ij. si quelibet. vbi Bre. loquēs de mēdatio obstetricū di cit. Hā benignitatis earuz merces q̄ eis in eterna potuit vita retribui ꝓmissa culpa mēdatij i terrena ē recompen satione declinata.

3 ¶ Quomodo aūt intētio sufficiat ad meritum vel opera. vide. s. Intentio.

Metus est instanz vl futuri periculi mētis trepi datio. ff. quod me. ca. l. i.

1 ¶ Quotuplex est metꝰ. ꝛ. q̄ duplex. s. leuis. s. q̄ timeī leue malū vel minas multas q̄s mīnās iplere ñ habet pos sibilitatē. Est ꝺo metus ꝓbabilis: siue grauis q d̄ iustꝰ metus. ꝛ iste est ille q

põt cadere in cõstãtẽ virũ vel mulierẽ. vt cũ qs potẽs iferre mínaẽ morteẽ aut grauẽ cruciatuꝫ corporis. vt in. c. cũ dilectꝰ. eẽ eo. ti. Aut seruitutẽꝫ: seu status subuersionẽꝫ. puta qꝛ scidet instrumẽta vel ꝓuilegia libertat̃. vel detinebit in carcerẽ aut stuprationem. vt ff. eo. ti. l. isti qdẽꝫ. Jnsti. e. ti. §. i. ij. ꝛ iij. Et intellige qñ ꝓdicta vel aliqõ ꝓdictorũ mínaẽ ne dũ in ꝑsona ꝓpria. sꝫ ẽt in ꝑsona liberorũ. aut vxoris: aut si miliũ ꝑsonarũ. vt. d. l. isti in fi.

2 ¶ Utrũ metꝰ iustꝰ cauſeẽ ex imperio vl̃ supplicatiõe regis vel dñi. &. ℙa. i. c. vltio q cle. vel vo. q ñ: nisi sit ꝓsuetus tirãnice tractare ñ obtemperãtes suis ꝓcibꝰ: qꝛ tũc bene causat. vt tꝫ io. an. in. d. c. vltio. Bar. in tractatu ꝺ tirãno facit qꝺ idẽ Bar. no. in. l. ad inuidiaꝫ C. qꝺ me. cã. vbi dicit q sola ſuerẽtia marit̃ ñ causat iustũ metũ i vxore: nisi ꝓcesserit mine. vl̃ verbera. Et idẽ voluit Jnno. i. c. cãꝫ mr̃imonij. ꝺ of. ꝺle.

3 ¶ Utrũ metꝰ perdẽdi bona tpalia: vl̃ grauẽ iacturã i eis. puta maiorem ptẽ sit iustus. &. ℙa. in. c. Abbas eẽ eo. ti. q sic nõ põt sustentari sine illis bonis q̃ qs timet perdere. qꝛ alibi ꝺr̃ q spũalia nõ pñt diu eẽ sine tpalibꝰ. i. q. iij. si qs obiecerit. Et glo. i. l. aduocati C. de aduo. diuer. iudi. dicit no. pecuniã vitã hois facit ꝓ ista opione. c. ꝓsbyteros. ꝺo. di. ꝛ. l. pe. C. eo. tit. ꝛ di. c. Abbas.

4 ¶ Utr̃ metꝰ excõis sit iustꝰ. &. glo. in c. oli iter ꝺ re. spo. q sic. sꝫ Jo. an. i. c. cũ dilectus ꝺ his q̃ vi me. distinguit q aut iuste cõminaẽ ꝛ nõ excusat qꝛ culpa sua icidit in metũ. l. si mr̃. ff. eo. tit. Aut iniuste cõminaẽ: ꝛ sic est iustꝰ. cũ gñs sit pẽa iter hoies ꝙuersari ꝛ carere hoinũ cõmertio. l. hi q sãctaꝫ. C. ꝺ apostata. c. sacro. de sẽ. ex. Et hãc distinctionẽ approbãt dñi ꝺ rota ꝺcisiõe. xl.

¶ Utr̃ timor ifamie sit iustꝰ. &. glo. i l. nec timoꝛ. ff. eo. ti. q timor ifamie facti nõ causat. vt puta qꝛ aliqs dicit q malũ dicet ꝺ eo sꝫ metus ifamie iuris talis q hꝫ iuris effectũ iustus ẽ. vt in. l. isti. §. fi. ff. eo. vbi pꝫ q depheẽsus in aliq̃ delicto qcqd facit ne ꝓdaẽ ex iusto metu facit qꝛ ꝓditus põt pati morteꝫ vel crutiatũ ꝛ hmõi. Et hec oia intellige q causãt iustum timoreꝫ qñ qs nõ hꝫ facile remediũ ꝓuidendi qꝛ si posset ꝓuidere sibi. puta. adeũdo supioreẽ vl̃ alio mõ nõ ꝓuideret. ñ eẽt iustꝰ metus sꝫ sibi iputareẽ. ar. c. fi. ꝺ elec. ꝛ. l. qbus dieb⁹ in ꝓn. ff de ꝙdi. ꝛ demõ. ꝛ l. q põt faceẽ. ff. ꝺ re. iur. ꝛ. c. pastoralis §. preterea. ꝺ offi. or. Quod limita. vt infra. §. x.

5

6 ¶ Utrũ metꝰ iustꝰ excuset a pctõ. &. q nõ a toto: sed solũ a tãto. nõ tñ ẽt a tãto q si illud ẽ ꝺ genere peccati mortalis q fiat veniale. c. sacris. eẽ. ti. c. ij. de homi. ij. q. i. in ꝓmiis. qꝛ ꝺꝫ potiꝰ q̃libet mala tollerare q̃ malo ꝙsẽtire decernat. xxxij. q. v. ita ne. Limita tñ ꝓdicta ad ea q̃ sũt iuris diuini. Seeꝰ in his q̃ sũt pcã mortalia ex dispõne iuris positiui. qꝛ sic excusaret a mortali. vt pꝫ supra. Jnobedientia. in prin.

7 ¶ Utrũ ℭctus factꝰ ex metu iusto sit nullus. &. vt colligo ex ℙa. i. c. cum locũ. de spõ. ꝛ in. d. olim inf. q aut ℭctus regrit liberũ cõsensũ: aut nõ. Si sic. tũc ℭctus ẽ ipso iure nullus. Ratõ qꝛ sꝫ coacta volũtas sit voluntas. xv. q. i. merito tñ nõ est volũtas libera ꝛ sic deficit q̃litas libertatis q̃ est de substãtia ℭctus. ꝛ iõ nullus. Jn alijs autẽ vbi nõ regritur lib cõsensus. non est nullus ipso iure. qꝛ vt dixi coacta volũtas pur volũtas ẽ. vt plene legit̃ ꝛ notatur in. l. si mulier. §. fi. ff. eo. ti. sꝫ venit acta rescindẽda actiõe qꝺ metꝰ cã. vel officio iudicis.

§. 6

8 ¶ Que sūt in qbus requirit liber cō sensus. ℞. qp ꝓmo omnia q̄ sunt meritoria. vt pnia. confessio. elemosyna. ⁊ hmōi q̄ si fiāt ex tali metu excludunt meritū. ⁊ perinde est ac si nō fierēt facta. Excipiūtur illa in qbus iprimitur caracter. Vt baptismus ⁊ huiusmodi qz virtute caracteris aduenīēte libera volūtate cōualescūt. sed non alia vt in c. ōiudeis. xlv. di. ℙropterea. Crisō. super ℳat. xxij. Qui solo timore seruit deo. penā qdē euadet: sed ꝓmium nō acqret. qz nō vult de⁹ vt timeat vt dñs sed vt ameť vt pius pater ⁊ facit ter. aug. de pe. di. vij. c. null⁹. i fi. Quez sero penitet ingt nō solū oportet deum timere iudicē. sed iustum diligere. nō tātū penam timeat. sed anxieť ꝓ gloria. hec ille. Scdo matrimoniū. facit. c. notificasti. xxxij. q. v. ⁊. c. veniēs. el secūdo. de spōsa. ⁊ dictū. c. cū locū. Tertio dot̄ ꝓmissio vl̄ solutō i. l. si mlr §. si dos. ff. eo. ti. qz si ꝓncipale non tz nec accessoriū. ō re. iur. li. vi. Quarto iurisditio. vñ prorogatio eius ex iusto metu est nulla. l. ij. ff. de iudi. ⁊ glo. in d. l. si mulier. Itē electio plati p metuz facta est nulla. c. vbi piculū. §. ceterum de elec. li. vi. Quito auctoritas tutorū extorta p metū est nulla. l. i. §. vltio. ff. ō aucto. tu. Sexto absolutio ab excōi catione. de q̄. s̄. Excōicatio. vij. casu. xviij. Septio. testes testamētorū. vñ si i viculis teneńt. aut ab hostib⁹. nō valet. l. q testamento. ff. de testa. Octauo votū limito verū q̄ ad metū mūdanū qui incuńt ab hoie ad hoc vt voueat nō aūt q̄ ad metū alīū pp quē euadendū aliqs vouet qz sic tz votū. ℞ō diuersitatis. q̄re votū teneat ex aliq̄ metu factū qū met⁹ non inferť vt voueat sed ex alio respectu. ⁊ nō penitētia. cōfessio ⁊c. est qz tale votū fit pietati diuine ⁊ misericordie quā interpellat vt eū liberet a malo istāti. Et iō q̄ nō pōt nō misereri acceptat ꝓmissionē. ⁊ sō sidiū ipēdit. sz i penitētia. cōfessione. ⁊ hmōi nō ꝯcurrit solū misericordia sz ⁊ iustitia. Eñ misericordia dei acceptat inquantū non derogat diuine iustitie. s. vt nō sint merito ⁊ recōpēsatiōe sed vt sint digna vita eterna. hoc non pōt. qz derogaret diuine iustitie. q̄ nō vult nisi volūtariū libera volūtate ad se ꝯuersū. in. c. sicut nobis de regula. ⁊ in multis alijs. no. glo. in. d. c. abbas. ⁊. d. l. mulier.

9 ¶ Quid de iuramēto metu extorto. ℞. vt s̄. Juramentum. v. §. ix.

10 ¶ Quid si q̄s veniat in talē metū ex culpa sua. ℞. qp nō subueniť ei nec hz seu competit ei aliqō remediuz. d. l. si mlr i ꝓncipio. vbi libīa cōisso crimie ingratitudinis ⁊ timēs ne reuoceť in seruitutē ꝓmittit aliqd̄ d̄o nō cōminati fuitutē nō audiať. Sz q̄ ad cōsciētiaz distingue. Nō aut talis timor pōt iuste icuti tali. puta qz cōmisit crimē capitale cōminať q̄s eū vlle accusare pp quē timorē ille dat cētū. talis lz turpit̄ acciat pecuniā vt desistat ab accusādo: tñ restituere nō teneť de necessitate si nō ille donare potuit. Si vō timor incutiť iuste q̄ ad deū. puta pr̄ cōminatur iterficere adulterū cū filia. qō lz ō iure ciuili. vt in. l. nec in eo. ff. de adul. tñ qz nō lz q̄ ad deū. Ideo ex tali timore extortū nō poterit tenere in cōsciētia nisi inquātū est in recōpensatione sui interesse. puta fame lese. ⁊ huiusmodi. alias non facit tex. cum glo. in c. inter hec. xxxiij. questione. ij.

11 ¶ Utrū agēs certuz qd ex metu ꝓsumať ꝯsentire ex taciturnitate sequētis tēporis. ℞. glo. iūcto tex. in. c. accedēs de cōuer. cōiu. qr nō nisi intercedat aliqs actus positiuus approbatiuus primi actus. vt i. l. ii. ⁊. l. pe. C. eo. ⁊ p Jn

no.in.c.fuper eo.ō renun.ꝛ facit.c.ad id qō.de ſpō.vbi ſpōſa q̄ metu ꝯxit ſi cohitat viro ſpōte ꝓſumīt matrimo/ niū:maxime ſi interuenit copula facit c.vn'cū.de dēſpon.impu.li.vi.

12 ¶ Vtrū ꝓbāti metū ex q̄ amiſit bona ſua ſteꝫ eius iuramēto circa quātitatē bonoꝝ.ſ. Ꝑda.in.c.fi.eō.eo.q̄ ſic ſi i iuſte metū icuſſit ꝛ ꝯ eū q̄ icuſſit.Se cus ſi ageret ꝯ villā in cui⁹ territorio eſt factū.nā oꝫ ꝓbet ꝓ alios.ꝛ pōt ad/ ducer ſocios ꝛ familiares ꝓp difficul/ tatē ꝓbādi.bonus ter.eſt in.l.cōſenſu C.ō repu.ꝛ i.c.uenies.el.ii.de teſti.

13 ¶ Vtrū met⁹ ꝓbabilis vel leuis ſimi liter ānullet.ſ. q̄ nec excuſat. nec re/ ſcidit.nec ānullet.ꝛ dī ille q̄ cadit i vi/ rū leuē: aut vecordē q̄ timet vbi timen dū nō eſt.ꝛ dicit meticuloſus.ff.eo.l. metū.qꝛ.nō tollit actū regrētē liberū ꝓſciū.vt notat. Ꝑda.in.d.c. veniens.el ij.ō ſpō.ſꝫ q̄ ad ꝓſciaꝫ dic.vt j.§.xv.

14 ¶ Vtrū ille q̄ ꝓ metū extoꝛſit aliqd teneat.ſ. Dic.eo.ti.q̄ ſic.ꝛ ſecūdū le/ ges pōt agi ꝯ eū ēt q̄ ad penā ſi agat j.ānū.Sed poſt ānū nō ſed ſolū quo ad rei ꝑſecutionē.qꝛ ꝓtoꝛie actiones ſūt ꝑpetue q̄ ad rei ꝑſecutionē. ſed q̄ ad penā ſūt tēpoꝛales. Inſti.de perpe. ꝛ tēpoꝛa.ac.in.ꝓn.ff.de vi ꝛ vi.ar.l.pri ma.§.ſꝫ ſi ꝓ metū .ff.q̄ me.cā.l.ſi cū exceptiōe.§.i ii.ꝛ iii.Secūdum tñ ca/ nones ēt ad penam poſt annū qꝛ nulla conditio tēpoꝛis pōt opponi .iii.q.i.c. reintegranda.ꝛ ibi ꝓ doc.Et nō ſoluꝫ tenetur de his que habuit ꝓ talem me tum ſed de oībus que amiſit ille cui ta lem intulit metum.d.l.ſi.cū.§.pedius qꝛ metus fuit cā ſeu actio amiſſiōis.d. l.ſi cum.§.in hac actiōe.concoꝛ.Jn/ no.ꝛ Oſtī.in.c.fi.eo.ti.

15 ¶ Quid ſi met⁹ fit ſolū ob tioꝛē reue rētie.ſ. q̄ datū ex tali tioꝛe ē oīo reſti tuēdū ſi datū ſit ꝯ volūtatē dāntis. Facit l.i.§.que honoꝛāde.ad fi.ff.qua.re.ac. nō da. Ēt̄.quādocūq̄ nō adeſt volū/ tas dāntis rerū in dādo niſi ex metu: ac/ ceptū eſt reſtituēdū.niſi fuerit in culpa metuſ.ꝫ q̄ ſupra dixi.§.decimo. Hec obſtat.l.vani.ff.de re.iur.ꝛ.l.metum. ff.q̄ me.cau.qꝛ loquuntur quo ad fo rum cōtentioſū.

¶ In q̄ differt metus a vi.ſ. Ꝑda.in 16 dicto.c.ſacris.q̄ metus eſt viſ cōditio nata.ſcilicet cū dicit.interficiā te ſi nō feceris ſic.ꝛ hmōi.c.ad audiētiā extra eo. Et fit ſine violentia coꝛpoꝛali. Vis autē eſt quedā coactio qua qs ligatus cogit facere aliquid coꝛpoꝛaliꝛ ꝛ dici tur vis abſoluta.ꝛ hec excuſat a toto. ſi intrinſecus nō cōſentit qꝛ nō dī qs agere ſed potius pati.d.c.ſacris. Lex autē magis large accipit dicēs. Vis eſt ipetus maioris rei cui reſiſti nō pōt.ſ. comode.ff.quod me. cauſa.l.i.ꝛ.ii.de pac.Ꝟuls.li.vi.

Milites noſtri tēpoꝛis li/ cet nō habeant iſignia obſeruātie veteris.ha/ bent tñ inſignia obſeruāntie noue ꝫ bal.in.l.i.C.q̄ bo.ce.poſ. allegat.i ar. c.trāſlatio de conſti. tñ nō gaudēt pri uilegijs militaribus quia eoꝝ militia nō eſt priuilegiata ꝛ in eoꝝ actib⁹ ō bēt vti iuꝛ cōi vt cōiter tenetur ꝓ doc. Ly.in.l.p.C.de iuris ꝛ facti igno. Sa/ licetuꝫ ꝛ Bar.in.l.filiusfamilias.§.ve terani.ff.de procura. Bal.in.l in teſtiſ C.de.teſta.qꝛ nō hñt illa regſita i mi litibus ſi magis ſūt ꝓmoti ad pōpaꝫ vt dicit Bal.vbi.ſ.

¶ Quis non pōt eſſe miles.ſ. q̄ ipu/ 1 gnātes ſecuritates nauigātium.ꝛ ho/ ſtes publici ꝛ infames milites eſſe nō poſſūt.vt in.l.i.in ver.optimos fideliſ ſimoſq̄ cōmilitones .ff.de teſta.mili.

¶ Vtrū miles poſſit incarcerari. ꝓ ō 1 bito cōtractus vel vltie voluntatis.ſ.

Bal. vbi supra q̄ non. Sed bar. in l. mules. ff. de reiudi. limitat ad debitum contractum in castris solum.

3 ¶ Quomodo instituuntur. ⁊ de eorū priuilegijs habes i. l. penul. ff. ex qui. can. ma. in glo.

4 ¶ Vtrū ars militie sit licita. ℟. q̄ sic. si debito modo fiat. xxiij. q. i. militare de q̄ dic vt supra. Bellum. Lꝫ ēt mul tibus se exercere in bis q̄ multi sūt no civa causa exercij puta in cursitatio nibus equoꝝ in ꝓiciendo tella. ⁊ hu iusmodi. in q̄bus nō imminet ꝓbabile piculū ꝓinni. sicut i torneamētis imi net. ⁊ iō ꝓhibent. facit ad hoc. ij. ℟. ꝑmo vbi dauid ꝑcepit vt docerent fi lios sisr arcū. i. artem sagitādi.

¶ Inor quis dicat. ℟. q̄ ille qui nō habz. xxv. annū completū. ff. de mi no. l. i.

1 ¶ Vtr minor possit petere restitutiō nē in itegrū nō solum in lesione q̄ de mut de patrimonio: sed etiā in lesione lucri cessātis. ℟. q̄ sic vsq̄ ad q̄drien niuz postꝫ impleuit vigesimū q̄ntum annū. ō his tū solum in quibus lesus est infra vigesimumquintū annū. vi de glo. in. c. ij. de resti. in inte.

2 ¶ Vtrū teneāt gesta cū minore sine auctoritate curatoris. ℟. ꝑa. i. c. in ꝑ sentia. de ꝓba. q̄ si intrat religionem potest alienare omnia bona sua. quia fingitur mori. l. deo nobis. C. de epis ⁊ cle. sed nō intrādo nō pōt alienare etiam in pias causas.

3 ¶ Minor si renūciauit beneficio ec clesiastico nō restituit. qr ꝙn spiritua libus vt maior admittit ⁊ agit ⁊ con uenitur. ff. de mino. l. ait prętor in glo. in prin.

¶ Iserabiles ꝑsone q̄ dicā tur. ℟. ꝑm Inno. in. c. signifi cātibus. ō offi. delega. ⁊ ꝑa. in. c. ls de cēsi. q̄ sunt ceci. ⁊ alij morbo labo rātes. qui possūt auxiliū ab ecclia iplo rare q̄n nimis aggrauātur i collectis facit. d. c. significāntib⁹ ⁊ qō ibi notat ¶ Vtrū ceci ⁊ alij morbo laborātes p petuo excusent a muneribꝰ. ℟. ꝑa. in. dicto. c. licet q̄ sic a personalibus. q̄ ponunt ꝑsonis: vt. l. ij. C. q. mo. se. excu. Et realibus autē muneribus or dinarijs nō excusantur. nisi princeps velit ea remittere. C. de vaca. mu. ⁊ de mune. patri. quasi per totum. secus si sūt extraordinaria qr nō tenent ad il la. l. vnica. C. de supindic. facit. c. indi catum. lxxxviij. di. ⁊ quando dicantur realia ordinaria. vel extraordinaria. Vide. j. ¶ Bunus.

¶ Ista secūdū Hugo. ō sā cto vic. de sacramē tis li. xi. dicit quasi trāsmissa. eo qō populus ꝙ ministerium sacer dotis q̄ mediatoris vice fungitur' in ter deū ⁊ homines. preces vota. ⁊ ob lationes transmittat deo.

1 ¶ Missa a quo ōbet celebrari. ℟. q̄ a solo sacerdote rite ordinato. de sū ma tri. c. i. §. vna de cōse. di. i. c. i. in fi.

2 ¶ Vtrū existēs in mortali vel pollutus nocturna pollutiōe licite celebret. vid̄ s. Eucharistia. iij. §. xviij. ⁊. §. xxviij.

3 ¶ Vtrū sacerdos qui nō est ieiunus possit celebrare. ℟. secūdū Sco. in q̄r to distinctione octava. q̄ nō. vij. q. ꝑ ma. nihil. de cōse. di. ij. liqdo. ⁊ taliter debet esse ieiunus q̄ circa mediā no cte nihil sūpserit q̄tūcūq̄ minimum ēt si sit spēs: vel electuariū: vel medi cina. qr canon dicit nullus post cibuꝫ potūq̄ quēlibet minimū sūptū missas facere p̄sumat. vij. q. i. nihil. imo plus ibi dicit glo. q̄ ēt si ante mediā noctez sumpsisset cibū. Et adhuc sētiret eru ctuationes ⁊ cibū nō debet celebrare

de cõse. di. ij. trĩbus. ꝛ Host. de accu. in. c. si constiterit

4 ¶ Quid de reliqs cibi remanẽtib⁹ in ore. ꝫ. q si casualiter deglutiantur nõ impediũt. qz nõ trahicũtur p modũ cibi vel potus. sed per modum saliue. secũdũ sanctũ. Tho. in tertia parte questione octaua.

5 ¶ Quid si sacerdos in mane lauando os deglutiat stillã aque. ꝫ. q põt celebrare: nisi fecerit ex ꝓposito. ar. xxiij. q. v. de occidẽdis. xv. q. vi. c. i. concor. Ricar. in. iiij. disti. viij. Tho. ẽo dicit vez: nisi trahiciat i magna quãtitate

6 ¶ Quid si cib⁹ sit digestus. sed tñ nõ dormiuit p totã noctẽ. ꝫ. q põt celebrare: qz solũ. qes tempus ꝛ digestio requiruntur ſm Jo. Bar. brix. ꝛ Archi. in. d. c. nihil. ꝛ Host. ꝛ Pa. in. d. c. si cõstiterit. licet ibi glo. videat sẽtĩ contrarium sed male.

7 ¶ Quomodo debet celebrare. ꝫ. q debet seruari ordinarium misse. tã i di cẽdis q̃ etiã in actibus.

8 ¶ Utrũ debeat celebrare capite discoperto. ꝫ. q sic. de conse. di. i. c. nullus epõs. Ille qui sine rõnabili cã celebraret capite copto peccaret mortaliter. secus si ex aliq̃ rationabili cã pp ẽbũ temere positũ in. d. c. nullus.

9 ¶ Quid si post inceptã missã desistat ꝫ. q si sine rationabili cã dimittit peccat mortaliter. alias. nõ vt i. d. c. nullus.

10 ¶ Quãdo euãgeliũ legit oẽs debẽt stare nõ sedere nec genuflexi manẽt vt in. c. auctoritate. de cõse. di. i.

11 ¶ Utruz debeat aliqd aliud dici a sacerdote q̃ qđ cõtinet in missali. ꝫ. q nõ ar. c. visũ. ꝛ. c. de nominib⁹. de cõse. di. pria. Cogitari tñ pñt q̃cũq̃ ẽuota secũdũ sãctũ bona. ſz non exprimi.

12 ¶ Utr̃ requrat attẽtio. ꝫ. ſm Ricar. anglicum in quol. q sic. vnde Dio. de ecclĩastica yerachia. ad sãctissimũ eũ tes sacrificiũ mãdari cõuenit ab ipsis vltimis aie fantasmatibus. vnde ꝺ sperãs se posse habere ꝓbabiliter cordis stabilitatẽ peccat grauiter accedẽdo. si tñ sperat ꝛ ex infirmitate distrahit minus peccat hec ille.

¶ Quid si omittat aliqd. ꝫ. q pec/ 13
cat mortal⁹ si sciẽter facit. tñ cõsecrat si ibi sit materia debita ꝛ forma cũ itẽ tiõe cõficiẽdi. ꝺ quo dictum est supra Eucharistia ꝓmo. Et hoc intellige q peccat mortaliter sciẽter dimittendo aliqd notabile. puta euãgeliũ: vel epistolã: secretas. ꝛ huiusmodi. sec⁹ esset de aliq̃ ẽbo solo. alio a forma consecrationis. Idẽ dic si omittat rps ꝺbitũ paramenta ꝛ reliq̃ necessaria q est mortale q̃ fit scienter.

¶ Quid faciet sacerdos si missã dicẽ 14
do ꝓpendat non fuisse debitã materiã ministratã. ꝫ. ſm cõmuniter Theo. in q̃rto distin. octaua. q siue defectus sit in hostia siue in vino. ꝛ aduertit ante q̃ cõsecratiõis canonez inceperit. sic accipiet aliã hostiã si defect⁹. est in hostia. vel vinũ si est in vino. Et reincipiet si est in hostia defectus ab illa oratione. Suscipe sancte pater. qua dicta omissis alijs. dicet veni sanctificator ꝛc. Et sic oibus alijs omissis ꝓsequitur vbi erat q̃ aduertit. Si ẽbo defectus fuit in vino incipiet ab illa oratione Deus q humane. cum oratione. Offerim⁹ ꝛc. Et alia veni sanctificator ꝛc. Et alijs dimissis ꝓsequitur vbi dimisserat. Si iã cõsecrauerat ꝛ post cõsecrationẽ deprehendit quia defectus erat in vino debito sic accepto cum aqua soluz incipiet ab illa oratione. Simili modo vsq̃ ad orationem. vnde ꝛ memores ꝛ alijs omissis prosequatur vbi dimisit. Si vero defectus erat in hostia ꝛ iam consecrauerat vinum sic accepta alia hostia incipiet

ab illa orõe. Qui pridie ⁊ loco illius relatiui. q dicet Dñs noster ihesus christus pridie q̃ pateret ⁊c. vsq; ad oratiõē. simili modo ⁊ oibus alijs omissis prosequat vbi dimisit. Et notanter sic dixi qr si solũ diceret. hoc ē corpus meũ nõ cõsecraret secundus Sco. ⁊ Landul. in qrto distinctiõe octaua. q. iij. qr oratio illud significat qõ exprimit verbo. nõ qõ est in intẽtione proferẽtis. Et ideo si nulla fieret mẽtio õ christo intelligent illa ẽba õ corpore sacerdotis vl̃ sanguine. nõ õ christo. Et sic nõ consecraret.

15 ¶ Pone q nõ aduertit de defectu. nisi post sũptionẽ hostie q̃ nõ erat triticea aut õbita. ℟. secũdũ cõiter doc. vbi supra q nõ obstãte q nõ sit ieiunus: nihilominus accipiet alias hostiam debitã ⁊ incipiet. vt dictũ est. Dominꝰ noster ihesus christus ꝑdie q̃ vsq; ad similẽ mõ ⁊c. ⁊ postea alijs omissis sumet eam ⁊ ꝓsequt̃ vbi omiserat.

16 ¶ Sed qd si sũpto corpore inuenit aquã loco vini i calice quam bibit. ℟. Tho. in tertia parte questiõe octuagesima quarta ts q est alia hostia ⁊ aliõ vinũ sumẽdum. ⁊ consecrandus Quidam alij dicũt q propter scandalum nihil est reiterandũ. ⁊ maxime cũ nõ sit ieiunꝰ. Sz tu tene opinionẽ. Sco. vbi supra. q solũ est accipiendũ vinũ cum aqua ⁊ dicendus. Simili modo postq̃ Dñs noster iesꝰ christus cenauit accepit calicẽ ⁊c. vsq; vnde ⁊ memores. ⁊ sic alijs omissis dicat. Sanguis domini nostri ihesu christi custodiat animam ⁊c. ⁊ sumat. qr istud põt fieri sine scãdalo. Nec obstat q nõ sit ieiunus qr est maius preceptũ q sumatur integre q̃ ieiuno stomaco. vt patz in. c. cõperimus. ⁊. c. relatum. de consecra. distinctione ꝟa.

17 ¶ Quid faciet sacerdos si qñ habet aquã in ore anteq̃ deglutiat aduertit ℟. Directoria. libro ꝑmo. titulo decio septimo. q si põt sine scãdalo sputet i calice ⁊ extrahet particulam hostie. et aquam reponet in alio vase. ⁊ sic accipiat vinum ⁊ cõsecret. vt dictũ est. ⁊ in eo ponat. particulã hostie. ⁊ sumat postea illã aquã si põt facere sine periculo vomitus. vel si timet de vomitu reponat aquã in sacrario. Et idez dicerẽ de particula q idẽ esset cõburenda ⁊ cineres in sacrario reponẽdi quando sine periculo vomitus recipere non possem.

¶ Quero qd faciet sacerdos qñ mu- 18
sca vel aranea cadit in calice. Respõdeo q si cadit ante cõsecrationẽ proiciat illud vinum ⁊ accipiat aliud cum aq̃ ⁊ faciat secũdũ q supra dictum est §. decimo quarto. Si vero cadit post ꝯsecrationẽ extrahat eã ⁊ lauet cuz vino. nisi esset res venenosa. vel quo vocaret vomitũ qr tũc oia simul esset reponẽda in vase alio ⁊ aliud vinũ cuz aqua sumendũ ⁊ cõsecrandum. vt dictũ est in. §. decimo quarto ⁊ decio sexto. secũdus Archidia. Hugo. Jo. de santo. in. c. si p negligẽtiã. de cõsecratione distinctiõe secũda qr nihil abhominabile sũmi debet occasione huiꝰ sacramẽti: vt notat glo. in dicto. c. si p negligẽtiã. ⁊ finita missa accipiat sanguinẽ illũ ⁊ igne cõburat cum aliqua stupa. vel pãno lineo in ipso madefacto ⁊ cineres ponat in sacrario.

¶ Quid si guta sanguinis ceciderit. 19
Respõdeo q si ceciderit sup tabulaz ⁊ similia lãbatur si põt fieri sine horrore. ⁊ postea locus radat̃ ⁊ rasura conburatur. ⁊ cinis iuxta altare recõdat̃ ⁊ sacerdos quadraginta viebꝰ penitet at. Si vero ceciderit sup lintheuz abluat̃ tribꝰ vicibꝰ calice suppositio. ⁊ aq̃ ablutiõis iuxta altare cõdat̃. ⁊ sacer-

dos peniteat quattuor dieb⁹ nisi.pue
nerit ad tertiū litheū.qr tūc nouē.Si
vsq; ad quartuz viginti dieb⁹ penite
at.de cōse.distin.ij.c.si p negligentiaz
20 ¶Quid si sumēdo sāguinē remanet
particula i calice.respōdeo debet di/
gito ad labiuz calicis adducere ⁊ su/
mere ⁊ nullo modo apponat vinū añ
eius sūptionē.qr vinum citius descen
deret.⁊ sic sumeret nō ieunus secun
dū Sco.in quarto distictione octaua
Quāuis ego arbitre q; ēt si appone/
ret vinum.⁊ sic simul sumeret nō pec
caret licet vinū citi⁹ dīcēdat.qr quod
fit tali modo dicit fieri simul.p ea que
notantur in.c.qr propter.de elec.⁊ in
l.continuus.ff.de verbo.ob.
21 ¶Utrū hostia nō consecrata que est
in altari vel gutta vini q̄ est i pede ca/
licis: vl aliter a vino qđ est in calice se
parata cōsecret.Respondeo q; non.
nisi hoc itēdat sacerdos. prima q̄stio
ne prima.detrahe.
22 ¶Quid si omisit aquā ponere in vi/
no.Respōdeo q; si aduertit añ cōse/
crationē hostie debet eā apponer rei
terādo.vt sup̄ dixi.§.decimoq̄rto.quā
do defect⁹ē i vino.q; si aduertit post
consecrationē hostie.sed ante ꝯsecra
tionē vini apponat nihil reiterādo se/
cūdū.Bonal.Si post cōsecrationē
vini aduertit tūc ꝑz.S.Tho.in.iij.per
te.q.lxxxiij.nullo modo apponat.quia
appositio aq̄ non est de necessitate sa/
cramēti.vt dixi.s.eucharistia.i.§.xvij.
23 ¶Quid si vinū in calice cōgelet.&.
q; sacerdos debet ip̄m añ cōsecratio
nē resoluere vt habeat rationē actua
lē pot⁹.si tū nō resoluit adhuc cōficit
qr vinū cōgelatū nō differt a nō ꝯge
lato nisi qualitate accidētali.
24 ¶Quid si ex frigore hostia dilabitur
in calicē.&.q; debet vlterius ꝓcedere
nec ē necesse aliqd iterare.ꝑm Tho.
i tertia pte.q.lxxxij.Sz ꝑm Jnno.vt
recitat Lādul.i q̄rto.di.x.si aliq̄ ps re
māsit in manu frāgat illā ⁊ ptem mit/
tat in calicē.qr ꝓma casualr cecidit.
¶Quid si sacerdos nō recolit se ali 25
qua dixisse.&.q; sacerdos nō debz pp
hoc turbari qr q multa dicit nō reco
lit oia.Si tū ꝓbabiliter constet aliqua
omisisse siqdē sūt de necessitate sacri
puta forma cōsecrationis.debet reite
rare ab illa forma.⁊ cūcta p ordinē ꝓ
seq.Si vo nō sūt de forma consecra/
tionis sic nō debet resumere in mutan
do ordine officij.sed debet vlterius ꝓ
cedere ꝑm Tho.iij.parte.q.lxxxij.
¶Utrū semp sacerdos celebrans de 26
beat sumere corp⁹ ⁊ sāguinē.&.q; sic
de cōse.di.ij.platū.Si sacerdos defi
cit in missa ali⁹q sit ieunus debz sup/
plere.vt.s.eucharistia.iij.in ꝓn.
¶Quid si aliqs casus necessitaꝭ ali 27
cui euenerit.pura infirmitas.⁊ hmōi
poterit ne sacerdos illi hostiā dare cū
aliā nō habeat cōsecratam.&.q; non
totā sed bene partē.⁊ aliā partez ipse
sacerdos sumere.ꝑm.S.Tho.in.iij.
di.xij.Et idem credo ēt si nō sit infir/
mitas.sed alia rō abilis cā.
¶Quid si hostia inueniaꝭ fracta añ 28
cōsecrationē.&.nihilomin⁹ pōt cōse/
crari nisi sit scādalū in populo: qr tūc
aliā accipiet.qr fractio ⁊ quadratura.
⁊ huiusmodi nō viciāt sacramentum.
¶Utrū in memēto viuorū vel mor 29
tuorum debeat fieri aliquor nomina
tio.&.q; nō ē necesse: nisi solū vt sup/
plicātis deuotior reddaꝭ effectus.ar.
xiij.q.ij.cū grauia.⁊.c.nō extimem⁹.
no.glo.ꝺ cōse.di.i.c.visū.⁊ se.ex q̄ ꝑz
q; tātū singulorū noīa sūt exprimēda
quāto ex eor noiatione augumentaꝭ
deuotio celebrātis.qr nō min⁹ q̄libet
hz sub generali q̄z si specialr fieret.ꝺ
conse.di.v. non mediocriter.⁊ nota

glo.in.d.c.visum.

30 ¶ Utrū pfatio ppa debeat dici i' missa cōmemoratōis seu votiua.&.pa.in .c.consilitū de cele.missa.q sic ppa si hz ꝛ solū sunt .x. ab ecclia approbate ix.hñtur i.c.inuenim⁹ de cōse.dis.i. Natiuitatis dñi epiphanie Quadragesime Pasce Ascēsiōis dñi Pentecostes sācte crucis Sāctorū Apostoloꝝ ꝛ sancte trinitatis ꝛ in.c. sācto rū.lxx.di.pōit decima ò domina alie sunt delende de missali nisi ex spāli p uilegio sit cōcessū vt fratrib⁹ miorib⁹ de beato Frācisco per Sixtū.iiii.

31 ¶ Utrū gloria i excelsis deo ò beat dici in missis votiuis.&.q nó vt in.c. cōsilitū de cele.missa.nec etiaz credo. in vnū deū dicit hz cōsuetudo ò roga uerit illi iuri q̄ ad gloria in excelsis q̄ dr̄ in missis votiuis beate virginis ꝛ q̄ ad alios ēt in missis spiritus sācti ¶ Bi nozes tñ hab̄t ex p̄uilegio vt possint dicere gloria in excelsis in missis spiri tus sācti quasi pro ecclia dei celebrant Dicit tñ Hosti.in.d.c. cōsiliū deuotā consuetudinē non reprobamus.

32 ¶ Utrum perfusio post sumptiōem sanguinis debeat fieri cum vino.&.q sic vt de cele.missa.c.ex parte

33 ¶ De q̄ dz missa celebrari.&. pa.i c.q̄dā laicoꝝ de cele.missa'.q dz cele brari de eo ò q̄ fit officium vñ missā peculiarē audiēs vel dicens non satisfac̄ p̄cepto de audiēda missa qz illa q̄ p̄cipit̄ est missa de festo vel q̄ fm offm dz dici vt in.d.c.q̄dā laicoꝝ ¶ Credo tñ q̄ seculares pp ignorātiā excusēt sed nó celebrantes ꝛ ppea i.d.c.q̄dā z.c.ꝛ hoc de cōse.di.i.dr̄ q̄ tales⁹ miss se peculiares seu votiue debēt celebra ri in occulto.ꝛ hoc intelligo i dieb⁹ in q̄b⁹ q̄s tenet̄ de p̄cepto audire missaz vel in ecclia collegiata seu cōuentuali in q̄ quotidie est celebrāda vna missa de officio vt in cle.i.de cele.miss.ꝛ sic intelligo tex.in.d.c.q̄dā laicoꝝ.q̄ si sit ali⁹ q̄ celebrauit missā ò offō ꝛ ñ sit de p̄cepto q̄ missa audiat p̄ot q̄s miss sā votiuā dicere sine oi scrupulo ꝛ i pu blico ꝛ in secreto. Nec sufficit hz mo nal.q̄ audiat itroitū ꝛ hmōi in dieb⁹ in q̄bus tenet̄ de offō audire q̄ miss sa dī cū canone.vt pz in.d.c.quidam

34 ¶ Utr̄ missa ò sāctis tñ valeat aiab⁹ defūctoꝝ sicut si' dicat̄ p̄ defunctis.&. Ho.i.c.ij.ò cele.missa.q sic.ꝛ q̄ do. Hugo.Lardi.dicebat q̄ celebrando p̄ dña sciebat celebrare p̄ defūctis.ꝛ eōrio.d.c.ij.ꝛ ò ipse.di.ii.quotiēscūq; Laue tñ qz si p̄misisses spāliter pro de fūctis p̄ p̄uā missaz dicere nó satisface res missam dicendo de domina rōne p̄missiōis. Itē aduerte q̄ hoc est verꝝ q̄n maior deuotio qua q̄s dicit missaz de domina ꝛ huiusmodi supplet vl' sā cti itercessio alias nó.nisi quo ad' veri tatē sacramēti sz nó quo ad veritatez orationuz.quia plus valet pro ōfūctis dicta.fm Pe.in.iiij.di.xlv.

¶ Cū q̄b⁹ dz missa celebrari.&.q p̄z5 mo cū idumētis debitis.q̄ fm Inno. iij.vt recitat Dir.li.p̄mo.ti.vij.sūt cal ciamēta amictus alba.cingulū.māipu lus.stola planeta.ar.xxiij. di.eccl'iasti ca.xxv.di.vinū vndecima.q.iij.eps.ò penis degradatio.li.vi. Et q̄lia debēt esse p̄dicta dicēdū q̄ fm cōsuetudinē rōnalē regionis seu cōgregatiōis. ar. l.de q̄b⁹.ff.de legi. Et an debeant esse benedicta cōiter tenet̄ q̄ sic.exceptis calciamētis.ꝛ ēt cingulo q̄ò de p̄suetu dine nó b̄nd̄icit̄ fm Ricar.in quarto di.xiij.ꝛ Sco.ea distin. Secundo cuz igne.ò cele.missa.c.vl. Et celebrās si ne igne dz officio ꝛ b̄nficio p̄uari ibi dē. Tertio cū calice corporalib⁹.alta ri lapideo.ꝛ tribus tobalijs super eo.ꝛ missali hostia azima.vino ꝛ aq̄ que in

minori quantitate debet poni ℔ ō vi
no vt in.c.pernicioſus de celc.miſſa.
36 ¶ Vltrū peccet mortaliʒ q ſine aliquo
ꝓdictoꝝ celebrat.&.q ſic q ſine igne
ꝛ aq̄ vel in pane fermētato ſi eſt ſacer
dos latinus vel in vaſe ligneo vt pz i
c.litteras de cc.miſ.vbi dr̄ q debz ta
lis ſacerdos deponi ab officio ꝛ bñfi
cio. Et idē ſi i vaſe vitrio vel de auri
calco aut ere de ꝓſe.di.i.vt calix Idē
ſi ſine altari lapideo ꝛ ꝓſecrato corpo
ralib⁹ caſula ſtola manipulo cingulo al
ba amictu vt i.c.i.de ꝓſecra .di.i.ñ tñ
efficiꝫ irregularis cū ñ inueniaꝫ iure
cautū hoc.ſiue faciat ſciēter ſiue igno
rāter ſm Ricar.ꝛ Sco.i q̄rto di.xiii.
lz mortaliʒ peccet de ꝓſe.di.i.eccliē ꝛ
c.cōcedim⁹ cū duob⁹.c.ſequentibus
ꝛ hoc intellige ſi ſcienter facit ſec⁹ ſi
ex obliuiōne maipulū vel ſtolā omiſiſ
ſet de calciamētis aūt hñdis nō cre
do ſit preceptū cū nō iueniaꝫ in iure.
Vnde ſigs ipſa omitteret nō ex cōtē
ptu ſz qz nō hz nō peccaret ar.d.c.i.
Phz hoc q calciamēta nō ſūt de ne
ceſſitate qz ſic oporteret habere ſpe
cialia qbus nō vtemur niſi celebran
do cuius contrariū ſeruatur cōiter
37 ¶ Sed vtrū ſine miſſali poſſit dici
gdā dicūt q peccat mortaliʒ celebrās
ſine miſſali in q̄ ad min⁹ ñ ſit canō tū
qz exponit ſe piculo errādi tū qz con
ſuetudo ita hz vt ſine libro in q̄ ſit ca
nō nō dicaꝫ. Et placet qz ſepe optime
memorie viri in hoc errāt Canō ſm
cōiorē opinionē dz a Te igit vſq ad
cōionē ꝛ hz durā.dz dici expedite ne
muſce venientes.i.vane cogitationes
perdant ſuauitatē vnguenti.i.orōnis
ꝛ ne populus faſtidiū cōcipiat nō tñ
nimis feſtināter ne ſacrificiū fiat ſine
ſale diſcretionis ꝛ deuotionis ꝛ dz le
gi in libro ne error ꝓtigat Idē dicerē
ō trib⁹ tobaijs ſi non haberēt q ſuf
ficeret vna Et no.q ꝓceptū ē clicis
vaſa ꝛ veſtimēta in qb⁹ celebrari dz
ſint munda ꝛ nitida in.c.relinq nolu
mus de cuſto.euch.ꝛ tō peccat mor
taliter faciēs ꝛriū.xiiij.q.i.q ꝓcipitur
¶ Quarto debēt cē ſaltē duo ꝓſentes 38
celebrationi miſſaꝝ de conſe.d.ſtin.ꝓ
ma hoc q̄que .Et hoc verum i miſſa
publica ſed in miſſa ꝑuata poteſt dici
vno preſente ſeruitore ſolū q reſpōde
at in ꝑſona totius populi vnde nemo
ſacerdos per ſe ſol⁹ pōt celebrare.vii.
q.i.illud ō filijs ꝓſby.c.propoſuit i fi.
Epiſcopus vō ſine diacono celebraꝫ
nō pōt niſi neceſſitas cogat.lxxxvii.
di.diaconi ſunt in glo.in ver.hz
¶ Vltrū dz miſſa celebrari.&.q i oi 39
loco cōſecrato ab epo pōt libere cele
brari de ꝓſe.di.i.ꝛ.c.primo ꝛ.c. ſicut
ꝛ. c.ſequenti ꝛ.c.nullus Et hoc verū
niſi ſit interdictus ꝛ pollutus de quo
ſupra Conſecratio eccleſie.§.viii. Fal
lit hoc in.c.auctoritate ō ꝑule.lib.vi.
vbi prohibēt celebrari i eccliſ ꝓſtru
ctis ab exēptis i locis nō exēptis ſine
licētia epi Idē lz miorib⁹ ꝛ ꝑdicatori
bus celebrare in omni loco honeſto
cū altari portatili ab epiſcopo ꝓſecra
to ſaluo iure prochiali quod quidem
ius ſm Bre.nonum in extrauaganti
que incipit . Nos attendentes conſi
ſtit circa oblationes decimas.ꝛ primi
tias ſolum ꝛ hoc ſiue ſit conſecratus
locus vel non dummodo non ſit in
terdictus vel polutus Et ſic intellige.
c.in his de priui.vbi hoc priuilegiuʒ
ponitur Similiter epiſcopis licet in
d.c.fi.de priui.li.vi.de q̄.ſ.interdictū
vi.§.xxxviii. Aduerte q ſacerdos dz
tenere hoſtiā ꝛ calicē q̄ñ ꝓſecrat ſup
lapidē ꝓſecratū ſm Ide.de.paſ.ꝛ de
bet lapis cē ita magnus q ſaltē poſſit
ſup eo capi tot⁹ pes calicis cuʒ hoſtia
de q̄ vide altare Ho.ēt q quicunq

celebrãs vel faciẽs celebrari ꝺiuina i ciuitatibus: castris vl̃ villis nisi ꝙten⁹ a iure ei cõcedit̃ ẽ ei interdict⁹ igrell⁹ ecclesie ipso facto cuiuscũqꝫ ordinis vel ꝓuilegii sit munitus. c. eꝓrum ò priui. li. vi. Idem si in locis a iure vel a iudice ꝓhibitus ibidem

40 ¶ Utrũ de licẽtia epi possit celebrari i ꝓfano nõ cõsecrato. &. Anno. i. c. i. ò ꝓse. ec. vel alta. ꝛꝫ ꝙ licẽt sine licentia si mõ hꝫ altare vitiatũ Archi. ꝓ⁹ alios i. c. missaꝝ de ꝓse. di. i. ꝛ Dan. in ꝟrica. de ꝓse. ec. vel al. tenẽt ꝙ ñ etiã cũ licẽtia epi ſꝫ dico ꝓ concordia ꝙ i sua dioces̃ põt eps daꝛ licẽtiã vti ecclia ñ ꝓsecrata vel oratorio possit qs celebrare cũ altari portatili ꝓsecrato ex necessitate vt no gl. ò ꝓse. di. i. vnicuiqꝫ ꝛ. xviii. q. ii. qdã In alijs aũt locis nõ põt dare nisi qñ ecclia deest. vt in. c. cõcedim⁹ de ꝓse. di. i. ar. d. c. fi. qꝛ frustra cõcederet epis illõ ꝓuilegiũ si haberẽt de iure cõi Aduerte tñ ꝙ i loco fluctuanti vt in mari ꝛ fluminib⁹ celebrare nõ ſꝫ alicui Sed extra suã diocesim nõ põt dare licentiã celebrandi in loco nõ consecrato.

41 ¶ Qua hora põt missa pticularis celebrari. &. ꝙ ab aurora vsqꝫ ad nonã ẽt in ꝙctualib⁹ ecclijs põt q̃ttidie celebrari de conse. di. i. §. in ieiunijs ꝛ. c. necesse est Et hoc segt̃ Sco. in q̃rto di. xiii. Hec ob. c. nocte ꝛ. c. solẽt ò cõse. di. i. ꝛ. c. nõ liceat. xxxviiij. di. ꝛ. c. ꝙ a ꝓb⁹ ꝛ. c. fi. lxxv. di. ꝛ. c. viti. lxxvi. di. qꝛ intelligit̃ de solemnib⁹ missis �littera Host. in sũma ò cele. missa. Solemnis ho ꝺꝫ dici in cõuẽtualib⁹ ecclijs hora sua. s. i vigilijs ꝛ in q̃dragesima ꝛ. iiij. tꝑibus hora nona In festis hora tertia In profestis hora sexta ꝙ tamẽ cõiter ñ fuaꝛ qꝛ tardi⁹ dꝫ in festis q̃ꝫ aliis diebus non festiuis ꝛ excusantur vt ꝓꝫ in iur. ꝓall̃. Et sic intellige glo. in. c. i. de cele. miss. ꝛ alios doc.

¶ Utrũ possit dici missa de nocte. &. 42 ꝟꝫ Host. vbi. s. ꝙ ñ nisi in natiuitate dñi vel nisi ꝟꝫ Rodoñ. de licẽtia epi vl̃ supiozis imminẽte necessitate puta qꝛ infirm⁹ morit̃ nec habeẽ eucharistia. Alias eã ante aurozã celebrãs peccat mortaliter idẽ dicẽdũ de celebrãtibus añ dictũ matutinũ ar. xi. di. c. in ꝟhis ꝛ c. ecclĩastica ꝝ ꝛ eꝛ de cele. missa. c. i. ꝛ vlti. ꝟꝫ Host. Sillr de ꝓma dicẽdũ est vbi est ꝙsuetudo �littera Host. quã qdez ꝙsuetudinẽ addẽdo ad ꝓmã que dꝫ i cozo nõ ad caꝫ q̃ dꝫ a ꝓuato. Alĩ in religione minozũ cũ multe misse dicãtur de ꝙsuetudie añ ꝓmã nõ credo ꝙ volẽs missam dicere teneaꝛ ꝓio dicere ꝓmã qꝛ sic oporteret bis eã aliqñ dicere. s. per se ꝛ postea in choꝛo ꝙ ñ est necesse ar. c. ꝓmi de ce. missa. ꝛ sic patet ꝙ possunt dicere missam licite anteqꝫ dicant primam:

¶ Quotiẽs ꝺꝫ missa celebrari. &. in 43 ecclesijs ꝙctualib⁹ ꝛ collegiatis debẽt q̃ttidie due misse celebrari. s. vna �littera officiũ ꝛ alia ꝙ mortuis vt i. c. cũ creatura de cele. miss. in tex. ꝛ in glos. ꝛ collegialiter ò bẽt dici Et dicit Pa. ibidem ꝙ peccãt nõ seruãtes tñ cõit non seruatur ꝛ sic non peccãt.

¶ Utrũ qlibꝫ sacerdos teneaꝛ q̃tti- 44 die celebrare. &. ꝙ nõ ẽt in dieb⁹ festiuis vt ꝟꝫ i. c. q̃ttidie ò ꝓse. di. ii. Exceptis hñtib⁹ curã aiarũ q̃ adminus in dieb⁹ festiuis tenent̃ celebrare nisi ꝙ aliũ satisfaciãt populo ar. c. i. de cele. miss. Aduerte tñ ꝙ ſsacerdos ob sui idignitatẽ ꝛ facr̃i reuerẽtiã abstineat nõ peccat �littera S. Bo. i. iiij. di. xii. puta qꝛ pollutus ꝛ hmõi Si vero fiat ꝙ q̃dã icuria ꝛ negligẽtia sua ita ꝙ ad minus nõ celebret in precipuis festis Et maxime in illis in gbus ꝙculares deuoti solẽt cõicare Peccat gdẽ ꝛ si

nō mortalr saltē grauiť vt pz p.c.do
létes de cele.miſ.vbi valde tales ſp/
hendūť Rica.ẏo in tiii.di.xiii.tenet
q tenēturin talibus dieb⁹ celebrare
Idē tenet sāct⁹ Tho.in tertia pte.q.
lxxxii.ꝛ sic vť q nō excuſent a mor
tali qñ sine rōnabili cā i talib⁹ dieb⁹
nō celebrāt .Vñ dicit.idem sanctus
Tho.q lz q̄ ad actus ordinis q pti/
nēt ad corp⁹ christi miſticū nō tenea
tur niſi q hz ex plātōe vt p̄dicare.
absoluere ꝛ hmōi tñ celebrare vt do
sacrificium reddat etiā si nulli hoiuz
teneať Idez ēr ponit in q̄rto di.xiii.
ꝛ pōt timeť ne tāq̄z seru⁹ neq̄z q abſ
cōdit pecuniā dñi cōdēnetur Quot
tidie aūt celebrare laudabile ē si nō
ex hmōi celebratióe nō minuať ſue
rētia debita ad sacramētū ꝛ deuotio.
Si aūt minueret tūc aliqñ cessādum
est de q̄ vide Eucharistia.iij.§.xxxvi.
45 ¶ Vtrū institutio bñficij q̄ qs cele/
